Dissertatio miscella anatomico-practica inauguralis de mutuo intestinorum ingressu, et aliis machinae humanae extraordinariis ... / Eruditorum examini submittit Cornelius Henricus Velse.

Contributors

Velse, Cornelius Henricus. Royen, Adrianus van, 1704-1779.

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : Apud Johannem Luzac, 1742.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/vup6wyyf

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA INAUGURALIS

DE

MUTUO INTESTINORUM INGRESSU,

ALIIS MACHINÆ HUMANÆ EXTRAORDINARIIS.

QUAM

ANNUENTE DEO TER OPT. MAX. Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,


D. ADRIANI VAN ROYEN, MEDICINÆ DOCTORIS, EJUSDEMQUE FACULTATIS, UT ET BOTANICES IN ACAD. LUGD. BAT. PROFESSORIS ORDINARII,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, & Nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ Decreto, PRO GRADU DOCTORATUS, Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis

ritè ac legitime consequendis, Eruditorum Examini submittit CORNELIUS HENRICUS VELSE, Haga Batavus, Ad diem 21. August. 1742. borâ, locoque solitis.

Apud JOHANNEM LUZAC, 1742.



DEDICATIO.

VIRIS REVERENDISSIMIS, CELEBERRI-MIS, AMPLISSIMIS.

D. HENRICO VELSE, SACRORUM IN ECCLESIA HAGANA IN-TERPRETI, PARENTI SUO.

D. JOANNI FREDERICO GRONOVIO. MEDICINÆ DOCTORI. CIVITATIS LEIDA-NÆ SENATORI. BOTANICES, SCIENTIA-RUMQUE RELIQUARUM NATURALIUM, IN PRIMIS STUDIOSO.

D. ABRAHAMO GRONOVIO, CELEBRATISSIMÆ ACADEMIÆ HUJUS BI. BLIOTHECARIO.

D. CAROLOCRUCIO, J. U. D. CIVITATIS LEIDENSIS SENATORI, ET SCABINO.

COGNATIS SUIS OMNI HONORE NUN-QUAM NON VENERANDIS.

D. JOANNI

D. JOANNI NATHANAËLI LIEBERKUHN.

MEDICINÆ DOCTORI, ACADEMIÆ CÆSA-REÆ LEOPOLDINÆ NATURÆ CURIOSO-RUM COLLEGÆ; SOCIETATIS BEROLI. NENSIS MEMBRO; CHIRURGICIS ALIIS-QUE MECHANICIS ARTIBUS PRÆCLARO; AMICO SUO.

OMODE

MEDICINA BOCKORD

OMAHAM

1 D U A D I O L O

CATIS LPIDE

511-11/1J (D.M.D+2



gnoscite, Summi, atque Nobilissumi Viri, Nomina Vestra Præclara levidensi Opellæ præscribenti. Mea Verecundia, & Vestri Reverentia, audax ejusmodi institutum tantum non suppresserat, ms Beneficiorum haud occultorum grata recordatio, publice etiam profitenda, fulciret, & ad audendum firmaret.

Vos quippe (namque Te, Optime Parens, pro meritis ut celebrarem nec Tu velis, nec mea ferat modestia) Vos, inquam, Gronovii, Par Fratrum Nobile, digna tanti nominis Soboles, nec scientiarum paternarum avitarumque, quin nec plurium, exfors; Sed & Tu, Carole Cruci, docti Sanguinis atque generosi per utrumque Parentem hæres hand degener; Me, cum cujuscunque generis Honoribus mactatum, tum Studiorum feliciori via ductum, & Encheuresibus ad investigandas Res Naturales novis instru-Etum, quin & earundem Supellectile Splendida auctum, dimittere benigne voluistis: Et poteras boc Tu, absque ulla proprii fundi calamitate J. Frederice Gronovi, in cujus sinum ex cunctus ferme cogniti Orbis terrarum latebris, ne Africa, ne America guidem, renuentibus, naturæ Curiost certatim congerunt, quidquid alibi in Herbis, Plantis, Mineralibus, Piscibus, similive Studiorum Physicorum apparatu, rarius, unde curtam aliorum supellectilem, iple semper satis dives, copiose ditare poss.

Tu denique, vir Doctissime, Artifex Dexterrime, Humanissime J. N. Lieberkuhne, me, nihil tale ambire, vel sperare, ausum, sponte tua suscepusti, fovisti, & ex multiplici, qua tunc fulgebas Lugduni Batavorum; ante Jenæ, post apud eruditam Britanniam, nunc deni que Berolini, arte Mechanica, Anatomica, Dioptrica, nonnulla, nec vulgata, Tibi autem longo sümtuum, & Exa

Experimentorum syrmate adepta, patefaciendo bear voluisti; inter quæ semper memori mente gratissimus colam admirabilem illam tuam Encheiresin, quä densissi mam quamque vasorum subtilissimorum texturam, & materiä antisepticâ, cito lapideæ instar indurescenti, ubique continuâ & æquabiliter sparsâ, eleganter adimples, & eorundem, nec non Insectorum, partes tenuissimas Microscopiis, Tui etiam Artissici, quibus paria ses terere non posse candide fatentur artis Primarii, admirabili digitorum agilistate adaptas.

Tuum autem illud Exemplum, & aliorum Laudatissimorum Juvenum Amicitiam, atque Favorem, mili conciliavit. Interque eos, vel Fratris tui germani, nec non Istius, cujus Carmen ad me missum simul cum Epistolä comite, post hæsitationem satis longam & molestam, (dum hinc vetat pudor, & tenuitatis meæ conscientia, illinc jubet, sub spe mea, parabilis nimiorum Encomiorum, ex more per Academias satis vulgato, venia, & Optimi Juvenis seria voluntas) huic Dissertationi subjungo, non ut demonstrem quam Verè, sed quam Benevolè, cecinerit ista & scripserit; quamvis etiam Epistola aliquid etiam boni inter Juniores exempli offerat in promisso, petitoque, mutuo Studiorum Commercio.

Habetis Publice Strictimque, Summi atque Nobilissimi Viri, rationes ausuum meorum præcipuas, quas ut Velitis, precor, tam Benigne excipere, quam sincerè ego Deum T. O. M. Supplex Veneror, ut Vos in Ecclessie, Reipublicæ, & Bonorum Omnium Commodum, quibuscunque Gratiæ Divinæ Documentis abunde Mactatos, diutissime Servet Incolumes; qui me Vobis ad omne genus Officiorum, & in perpetuum, Obstrictissimum, publice profiteor

C. H. VELSE. DIS-

Pag. 1

DISSERTATIO MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA INAUGURALIS

MUTUO INTESTINORUM INGRESSU,

DE

ALIIS MACHINÆ HUMANÆ EXTRAORDINARIIS.

PROOEMIUM.

e Themate idoneo, Gradum Doctoralem jam ambiens, quum meditarer, mox se obtulit tenuis observationum qua-S liumcunque fasciculus, quas pedetentim ex aliquot difciffis Humanis cadaveribus in meos congefferam ulus; interqué eas, cum quæ spectabant Mutuum Intestinorum Ingressum, tum etiam quæ non nimis vulgaria subministrare videbantur Pbænomena. Utrarumque nonnullas, quas cæterum neutiquam tanti facere ausus fuissem, in publicum emittere sustinui, ad boc illudve conscribendum Academiæ legibus obstrictus. Et cui bone describerem potius multo præclariora, quam conscriberem tenuiora, ubi totus scopus versatur in specimine saltem nonnullo profe-Etuum Academicorum dando? Differtationis bujus proinde parte priori pro virili Pathologico - Medicam modo dicti Mutui Inteftinorum Ingreffûs Historiam sum tractaturus; variarum autem observationum collectionem secundæ ejusdem parti, veluti additamento prioris, dicavi. S. F. Mu-

PARS PRIMA DE

MUTUO INTESTINORUM INGRESSU.

.

Defcriptio Mutui Mutuus Intestinorum Ingressus, five Intra susceptio Medi-Ingressus Mutuus Intestinorum Ingressus, five Intra susceptio Medicis dicitur, quum tubi intestinalis pars, in proxi-Intestino mam, morbosa causa ampliorem factam, partem impulsa, in ea absconditur, atque ab eadem firmiter constringitur; instar digiti cheirothec e in semet ipsum cum duplicatione retracti, sic per duplicationem illam intus coarctati, a semet ipso constricti, & quodammodo strangulati.

§. I I.

Ejus species.

Hunc Intestinorum Affectum (volvulum communiter dictum) vocabimus, vel Perfectum, fi, unà cum mejenterii fibi adhærente parte, Intestinorum, portio per omnem ambitum jui, fubierit proximam; vel Inperfectum, fi pars tantum Dorfalis Intestinorum proximam Dorfalem in fe receperit, reliquâ eorundem regione, mejenterio annexâ, naturaliter adhucdum explanatâ.

JIII.

Multi, inter quos ipfe Theod. Cranen Vir Eruditiffimus. Eius improbabili- hujufque Universitatis quondam lumen præclarisfimum, in tas es fa- Objerv. ad prax. Med. Henr. Regii 1. 3. c. 30., dubitarunt, brica In- an exfistere queat casus, in quo partes intestinorum proximæ teftinorum pe- se invicem ingrederentur, cum utraque sit alligata suo mesenterio; & confitemur nos ultro, quod mortalium nullus, mitita. rificam eorum cum melenterio cohæsionem, nec non eorundem lubricitatem ac glabritiem fummam, uti & tunicæ muscularis corum fabricam, quo usque hactenus cognita eft, legitime perpendens, a priori ejusmodi affectum possit concipere; imo quod contra eidem exinde haud levis momenti rationes suggerantur, quæ dari talem casum non posse omnino videantur evincere. 6. IV.

INAUGURALIS. Die gameral factefive putres (shiecoris calivers (

I V.

suprise and the maintene

Beast satille

STIGHTER BURNESSED

GUSE AND BURGERS PH

Quin, nobis ipsis cadaverum intestina, jam flaccida, tra- Eadem ctantibus, inque ils morbosam hanc implicationem imitari Esperifatagentibus, superstes intestinorum oleofa humiditas, item- mentis captis que mesenterii crassities, magno fuerunt impedimento, in- confirque caufa, ut illa, manuum nostrarum ope in iifdem jam pro mata. ducta, implicatio, vel sponte, vel levissimo tractu, reduceretur atque evanesceret. In brutorum vero, spirantium adhuc, educta hujus fiftulæ extra abdomen portione, prorfus incassum idem tentavimus, quum obstaculis prioribus, fibrarum, digitis nunc irritatarum, actio oscillatoria superveniens, adeo arcte portionem dictam undique ftrinxerit, ut ne plicas quidem in ipfa, nedum partis intra partem immer sionem, formare potuerimus.

J. V. .

At, quemadmodum ex infinitis, quæ advane effe an. Sed Eatea, ex intellectà, quoad fieri poterat, nostri corporis fa- dem debrica, demonstrasse visi nobis sueramus, quæque in corpo- struitur re nostro fieri tamen omni exceptione majoribus quotidie tia vera phænomenis docemur, constat facultates duntaxat quaf- mali ipdam, nequaquam verò omnes, intimæ domicilii noftri na- fius. turæ cognitas nobis haberi, ita nobis Affecilus, de quo in hoc themate fermo fiet, vera præsentia eandem cognitionis noftræ pauperiem pulcherrime patefaciet.

Et mais ind an adulto, processe flaterer, micelimo fue legt-

Istum etenim nonnunquam corpus humanum affligere, Malihutestantur Observatores quam plurimi, & fide dignissimi. Ce- jus frelebris Ruyschius immo in Thes. X. n. 62. familiarissimum & quentia. multo frequentius, quàm creditum antea fuerat, contingentem pronuntiavit, cum quam plurima, imo quatuor (in udv. A 2 Dec.

Dec. 3. p. 17.) fucceffive cultro subjecerit cadavera, in quibus omnibus illum re ipfa invenerit. Et multos utique: quotidie nostris in civitatibus ex depravata hacce intestinorum structura, infantes præsertim, succumbere, vel inde colligere poffumus, quod ex mediocri cadaverum, quæ in usus proprios diffecare felicissima hactenus mihi fuit opportunitas, numero, infantilia jam sex variæ ætatis, (quæ tamen non ultra quinquennium excedebat) & unum etiam adultum, eandem mihi comprobatam dederint labem

Quin, quod mireris, refert Olaus Borrichius, Medicum quendam ex Jamaica reversum, narrasse, malum hoc ibidem, ut endemium morbum, graffari, idque ex cadaverum. incifionibus fibi oculato patuiffe.

Immo nec immunia ab hoc malo ipfa effe bruta, Mich. Fontanus in Cattho Zibetho, five fele Zibethica, fpectavit, memorante Doctiffimo Boneto.

S. VII.

Per finteftina Malum hoc repesuur.

Intestinorum autem quibuslibet fere regionibus Intra-fusgula In- ceptio hæc contingere poteft. In inteftino enim Jenuno illam, confpexit fummus Anatomicus Ruy/cb. vid. ob/. an. 91. Ileum vero intestinum creberrimam ejusdem sedem, non paucis Anatomiam Practicam exercentibus, obfervationes quam plurimæ, & mihi ipfi fingula fex infantium corpora, indicarunt.

> At & in ipfa craffa"E meg id malum incidere posse, docuit femel in Colo inventum a Ruy/chio vid adv. Dec. 3. p. 17. Et mihi ipsi in adulto, proceræ staturæ, vicesimo suæ septimo, vel octavo, ætatis anno denato, homine, magnus laccus inteftini Caci, ad quadruplicis digiti spatium, supra infertionem finis inteftini Ilei, ejufdem affectionis primordia exhibuit. Quippe per mediam amplitudinem hujus lacci pars, ab Ileo remotior, illud versus depressa, fe infinuaverat ad profunditatem satis notabilemintra regionemproximam, atque

> > ab

ab illå arcte includebatur, dum rite explanatum manserit hujus *facci* latus oppositum, utpote quod, *Melocolo* adhærens, insuper cum *Periton.eo* vicino hinc inde membranaceis nexibus, præter modum densis, concreverat; connexio enim ea forte prohibuit, ne ejus situs turbaretur. Nec est quod ab hac regulâ excipiatur, ipsum intestinum *Restum*, hujus enim *involutionem* memorat *Bonetus* in *Sepulchr*. Anat. de dolore ventr. p. 270:

Imo, quod plus est, fide dignissimus F. Hildanus (in Obsero. Chirurg. 61. Cent. 1.) affirmat, incredibiliter compositum oblatum sibi esse Volvulum, id est, Intestini ingressim, ubi Cæcum intestinum (per quod in sequentibus obfervationibus intelligit saccum capacem, qui sub principio Coli, & fine Ilei est) arcte contractum, ingressum successi intestinum Ileum, ita ut Ileo fisso demum eximi potuerit.

S. VIII.

Est infuper observandum, non semper simplicem, sed Idem fæpius in eodem cadavere multiplicem, involutionem occur. Malum rere, sive id fiat variis in intestinis, sive (uti plerumque) Cadavere in diversis ejusdem intestini plagis.

Ita Duplicem deprehendit Blaf. Obf. Med. p. 3. Obf. 3. plez. Triplicem, Peyer in tr. de Gland. Int. Ex. I. c IX. Uti & ipfe in puero quadrimo, non procul a fine inteftini *liei* in portionibus ejus tribus diverfis, fpatio lati pollicis disjunctis, obfervavi totidem Volvulos. Sed quatuor, vel quinque, Ruy/chius in Th. Anat. X. n. 62; immo /eptem locis contigiffe eofdemalii in Ephem. Nat. Curiof. d. 2. a. viij. referunt.

J. I X.

Et admiratione fumma dignum videtur, in hoc malo in- Ejusdem testinum tam profunde intrudi in intestinum posse, ut ad Mali adquatuor digitos transversos penetraverit, teste Peyero tr. de miranda gland. intest. Ex, I.c. IX.; & portio, quæ vix sessa lon-

A 2

giru-

STYRE DE DAT

gitudine æquabat, dum involuta effet, post evolutionem duos fere palmos impleret, docente Smeth. Mi/c. lib. 10. p. 579.

§. X.

12 STRANS MALT - DESCRIPTION

BURNARD, EVA

是中国主动的 机机构事 的现在分词

there and the second second second

Malum idem & adicentu & descenfa promilcue fit.

Non desunt doctifimiViri, qui hanc fovent sententiam, in hoc affectu intestinorum plagam luperiorem femper fere detrudi in proximam inferiorem, rariusque, si unquam, contrariam compositionem in cadaveribus obviam venifie, quemadmodum luculentum hujus rei in Ephem. Nat. Carios. d. 2. a. viij. experimentum invenire eft, ubi Hunerwolfius quod septies in eodem incestino ileo idem priori modo (id est per Delcen um) contigerit, tabulis æneis repræsentatum nobis reliquit Verum enim vero & posteriorem speciem, frequenter, & non multo fortalle rarius, accidere magna fidelifimorum Obfervatorum cohors evidenter pervincere videtur; Si guidem variationem ejufmodi (u/ceptionis promi/cuè fieri, & testatur Fr. de le Boë Sylvius, & idem affeverat Blasius in Obs. & Heerschius in Obs. 24. & Ephemerides Nat. Curios. ann. I obf. 126. delineatione monstrant, quanquam admodum ruditer; & in intestinis, que potius ex animalium genere, quâm humano, desumta fuisse videntur, quum illa neutiquam ejusmodi situm in homine obtineant. Nec denique defuit nobis ipsis occasio, semel vel bis ejufdem posterioris (i. e. cum adcensu) susceptionis exemplum in cadaveribus repperire.

Eiusdem latio; & coalitus.

4100 1101

STILL.

Ad hæc de Natura Intra-fusceptionis Intestinorum quidem facilis ab- eft, ut pars insinuata, si non perquam profunde intraverit amplectentem, facillime post mortem evolvatur, vel ipfa levi nonnunquam eorundem contrectatione; quo fortalle evenit, ut Anatomicorum fubtiliter haud fatis inteftina perlustrantium, nec de hoc malo prudenter rimando fem-ADDIN'S per cogitantium, conspectum subterfugiat sepius. Veruntamen

tamen Vir in praxi Feliciffimus H. Oosterdyk Schagt, Præceptor meus ad rogum usque fincere venerandus, ftudiorumque meorum Fautor benevolentisfimus, expertus etiam in defunctis interdum fuit partium le mutuo amplectentium coalitum tenacem post diem ab ortu morbi tertium vel quartum jam natum fuiffe.

S. XII.

Semper autem Anxiedidor, five mesenterii, portionem Mesentealiquam, vel largiorem, vel parciorem, in qualibet inte- rii parsia stinorum matua immissione Perfecta (§. II.) intestinum in- Volvulo volutum five intrans fecutam fuisse in cadaveribus depre- perfecto hendimus; interdum & ipfam, corrugatam, atque in tuber femper fimulinmagnum quasi complicatam, multum opplevisse aream in- tellinale testini alterum involventis, observavimus; ut adeo mirum cavum videatur, Observatores, uno vel altero excepto, hujus intrat. meseraicæ sequelæ mentionem nullam fecisse, nec ipsum quidem accuratiffimum alias Ruy/chium in pulcherrima hujus inteftinalis labis delineatione (in Ob/. an. fig. 74.) Hanc autem fequelam locum minime habere, fi tantum Imperfecta (§ II.) five dorsi intestinorum (quæ tamen inulto rarior) implicatio contingat, unicuique sponte patet.

S. XIII.

Ad generationem hujus mali, huc ufque explicati, fem- Volunioper videtur requiri inordinata spirituum animalium per ner- rum Gevos in tunicam intestinorum propriam extimam, five muscu- netios larem, distributio; quâ fit, ut fasciculus quivis fibrarum funda-contractilium, multum subtilis hujus liquidi recipiens, vali- cere vide constringat portionem intestini illam, in quâ ille locatur, detur irvicinus vero minorem vim nervorum expertus, laxiorem regularis quoque manere finat intestini regionem, quæ ipfum fustinet. spirituum Et licet intestinorum laciniæ fibi invicem adeo propinquæ motus, eidem nervo majori suos nervulos debeant, ipsas nihilominus 124 223 inæqua-

17007085

inæqualiter advectos spiritus animales accipere posse, quodammodo innotescit, pro ut putant Physiologi, ex notà ipsorum nervorum ftructura, non, instar reliquorum vaforum nostri corporis, ramolà, sed tenerrimis fibrillis, ab origine suà ex medullofo fonte cerebri ad ingreffum in ipfis dicata organa usque, eandem cavitatem refervantibus, composità.

S. XIV.

gui producit inaqualem inteffinosum coar Etatiopius in cadaveribus occurrentem.

Ipfum faltem hujus inequalis (pirituum influxus effectum verum, id eft, irregularem intestinorum amplitudinem, Observatores non pauci enarrant, & ipsi in cadaveribus sepissime vidimus : Quum intestinum hic laxum, molle, diftensile, flaccidum, illic durum, contractum, rugosum, nem, se- non ulteriùs digitis coarctandum, nec liquidis effet patulum, sed massam fere referret solidam. Irregularitatis autem hujus vitium per totam guidem intestinorum longitudinem interdum alternatur, quale, uti in cadavere infantili semel mihi notare licuit; ita etiam fimili, multiplici tamen magis, ratione, inteflinorum segmenta in cuniculi vivi abdomine aperto disposita repperit, & æneis tabulis exfculpta in lucem edidit Doctiff. Alex. Stuart in Tract de Motu Mulculor. t. 2. fig. 3; Etfi vermicularem motum secundum fanitatem ita, uti vir ille inde collegit, semper procedere, non fatis omni ex parte probabile videatur.

Ex quâ inæquali son/trictione ingeltina a concompactis hinc inde diftenduntur in faccos.

§. X V.

Sed, quum fistula intestinalis massa chylosa, aut excrementitia, aut aëria, five hæc cum esculentis & potulentis, five vi fola Atmosphæræ per Oesophagum depulsa fuetentis suis rit, plerumque sit onusta, ab ejusmodi certe inaquali constrictione eorum oneris istius contingit promotio versus ampliora loca, quæ itaque inter vicinos quoslibet terminos arctiores intumescunt, &, faccorum speciem nacta, senfim ob calorem loci ab elastico aëre ulterius inflantur; quem-

guemadmodum in puella bienni portionem intestini Coli adeo violenter amplificatam vidi, ut referret vesicam constantem tunicis ob fummam elongationem quam pellucentissimis, reliquo ejusdem intestini tractu, & supra, & infra hunc tumorem, per fummam contractionem extrinsece fulcato, & prorfus impervio.

S. X V I.

His (Sj.xm. x.v. xv.) ita contingentibus, pronam ad mu- Qua ratuum intestini ingressium viam sterni, colligere datur ex pulcher- tione jam rimo in rana vivente Peyeri experimento; ftimulatis vi- nasci podelicet ejus inteftinis, natifque hinc per diversa loca eorum tett. dilatationibus, iisque onere fuperius memorato repletis, constrictionibus autem evacuatis, arctiores partes in sinum tumentium ingreffæ fuerunt. Vide fis hæc fusius apud ipfum Peyer. Tr. de Gland. Int. Ex. I. c. 1X.

S. XVII.

Sed ad hæc, dum, inter duos spasmotice contractos fines, Velidere intestinum a contentis tantopere expanditur, sevi crucia- detumestus misere torquent ægrum, unde ille corpus agitat, velo- cente suciterque inflectit; quâ inversione, &, quæ inde oritur, inæ- bito intequali abdominis compressione, sepius repetitis, continge- flivorum re potest (juxta Clarissimi de le Boë Sylvii sententiam), ut parte tufubinde contenta, per relaxatum alterutrum inteftini contracti extremum, ulterius pulfa, locum oppofito inteftini extremo adhuc coarctato concedant, fefe in cavitatem illam, expulsis, ut dixi, contentis jam vacuam, & fatis capacem, infinuandi, atque fic, fuccedente intra breve tempus ejusdem cavitatis constrictione violenta, verum formandi Volvulum.

mente.

plan da en

S. XVIII.

enermissionen wielle L. V.X. portionem inteffini Cell aden violenter ample.I. J. L.V.X. . ?? referret velicans von-

STALLERING TREBOLIE

felte in cavira en inala,

HITZ 3

An pars Stior vi folâ fi. brarum mnscularium in laxiorem attrahi poteft ?

Restat dubium, num scilicet ipsa fistula hujus tumultuaconstric- ria, & vario nifu agens in diversas ejusdem portiones, systole fola, absque modo memoratà illà repletione inteffinorum à contentis, aut relaxatione alterius extremi antea contra-Eti, interdum potis sit (quamquam potentia talis ex structura & actione Mechanica cum circularium tum longitudinalium fibrarum intestinalium nostro quidem judicio hactenus nequaquam fit explananda) has ipfas portiones jam varie coarctatas simul ita loco suo turbare, & in motus adeo contrarios ciëre, ut inde pessimus iste affectus, intra-fusceptio, gignatur ? Potem este vix dubitare finunt duo præprimis argumenta, primum confideratio compositionis Volvulorum, fi plures uno fimul in eodem cadavere deprehendantur; utpote quæ compositio nonnunquam hac fratione obtinet, ut (positis v. c. tribus parum dissitis Volvulis) primus factus esse inveniatur cum descensu, secundus contra cum adscensu, tertius iterum, ut primus, cum descensu intestini, nec non secundo partium intestinalium, inter quaflibet ejusmodi Volvulos intersitarum, tam confummata nonnunquam vacuitas, ut ne tantillum quidem (uti & id repperire mihi contigit) proprii fmegmatis vel fucci recondant ; quemadmodum & ipfe huic fententiæ jam dediffe fuffragium videtur acutifimus Vir Thom. Willisius in Pathol. cerebri cap. viij. ST XT. 2 men opposio meelini een. menee

XIX.

Caufz

Mis.

remotio- Huc ulque naturam ac formationem proximam mutui inresIntra testinorum ingressus pro virili explanavimus; jam causas susceptio- etiam remotiores, quæ eum producere possunt, paucis tradere animus est. Earundem autem duplicem classem dari, accuratiffima fummorum Virorum observationes edocuerunt. 6. XX,

10.754 AFR

Same and

tallanto / 20. annu . f. X X. . Fairlant - ---through the faile that and in the product of the failed bar and the

tal sel merphone meters in proster and the proster and the

Quarum priores intestina ipfa adgrediuntur, & ad ejuf- Vel ipfi modi irregularem (quem fuperius §. xIV. memoravi) /y/to- inteftinalicum flatum ea irritando provocant, five hæ eorundem ca- li cavo pacitatem angustent aut oppilent, five ipfos eorundem nervos vellicent. Ad has præ primis referenda funt, Lumbrici numerofi, in glomeres convoluti, atque cum jugis valvulofis Kerkringianis implicati; Vaforum arterioforum inflammatio gravis, ob reliftentiam in exterioribus majorem, tumores præprimis introrfum extollens, & fic canali inteftinorum amplitudinem fuam detrahens, atque nervos in statum violentum deducens; Prægreffis Colica, Leienteria, Cholera, Diarrhæâ, vel aliâ evacuatione alvinâ chronicâ, faces, intempestivé & subitó adstricta alvo, in corpore restitantes, accumulate, & morâ acriores facte, nervis mole & acrimonia sua molestæ; Multis rugitibus & murmuribus, magnam nimis abundantiam materiei flatulentæ intra abdomen testantibus, accedens contumaciter cobibendi flatus periculofa confuetudo; Denique fortaffe acres bumores quivis nervos intestinorum lædentes.

G. X X I.

Alteram classem constituunt, quæ totum corporis systema Vel uninervosum afficiendo, deuteropathice demum in intestina vires versoNerfuas exferunt. Qua ratione puella miferrime febri acu- vorum tâ, pariterque motibus convul/ivis, in artubus primo, mox systemate in facie, & subinde in toto corpore, fapius repetitis, tan- afficto dem interempta, in inteftinorum fuorum, nullo caeteroquin demum lumbricorum nec acrium bumorum onere gravidorum, plu. in inteffiribus locis verendam hanc duplicationem oftendit fum- na agunt. me industrio viro Th. Willifio, vid. Pathol. cerebr. c. viij. Neque minus notatu dignum fuit exemplum (ex quo fimul facilis animi pathematum nutricis una cum lacte in. B 2 lasten-

lactentem transitus patescit) in puero, qui postquam lac nutricis perterritæ hausisset, sedis obstipatione, & vomitibus perpetuis (adhibitis etiam frustra auri fulminantis granisduobus) dirissimé intersectus, intestina eadem labe occlusa exhibuit indefesso Viro, Fred. Hofmanno, in Med. Rat... Syst. tom. 4, p. 2. Sect. 2. c. IV...

S. X. X. I I.

Effectus Introfusceptionis mutuc.

Ubi autem quacunque de caufà inteftinorum portio quævis ab altera *intretracta* fuerit, dira intolerabilia, atque commiferatione digniffima tormenta excitantur;

1., Contentorum intestinalium remora, stagnatio, & coäcervatio; Employsema omnium intestinorum & ventriculi.; adeoque ventris intumescentia.

2. Canalium arterioforum, pariter & venoforum, cumper- ipfum Volvulum, tum per reliquas intestinorum regiones,. diffeminatorum, partim a complicatione, partim a distractione & vellicatione tunicarum, obturatio. Hinc influxui fanguinis a corde propulfi obstaculum, vasorum eorundem expansio, humorum ibidem congettio, & error in loca aliena; dolor lancinans, productio caloris intenfi; unde humorum per reliquum circuitûs spatium motus acceleratur, ardor per universum corpus dispergitur, & id genus alia acutæ febris symptomata efficiuntur Atque adeo in malo hocexstinctorum cadaveribus intestina quæcunque non tantum, fed & universus interdum ventriculus, inflammatione ruberrima funt obfeffa; aut jam Sphacelohinc indediffoluta. Quamvis & nonnunquam in cadaveribus observaverim, omnem. prorsus phlegmones rubedinem, & a loco mutuæ /u/ceptic-nis ipio., & a reliquo intestinorum ductu, & a melenterio univer/o, abfuiffe ...

3 In initio morbi frequens dejiciendi cupiditas, & eum in finem creberrimi cum fummâ molestia nisus, sed aut irriti, aut nonnunquam dejectionem dilutam & cruentam, at parcam, deponentes.

Deinde

Deinde fedes prorfus constipata, ita ut nec Excremedta nec spiritus infra-transmittantur, & ægerrime relaxari queat alvus. Tum anxietates circa præcordia, anhelitus, laboriofa respiratio, jactationes continuæ corporis, somni vacuitas, nausea, ructus nihil juvantes, gravissimi vomitus, principio nuper ingestorum. & in ventriculo adhucdum reservatorum, mox eorum hujus jam officinæ & intestinorum superiorum virtutem assimilatricem expertorum, & in Jejuni finem, vel etiam in Ileum depulsorum, & colorem odoremque teterrimum jam nactorum; aut & forte recrementorum ex intestinis ipsis crassis repulsorum; bilis etiam æruginosa, aut una cum his, aut & frequenter sincera, uberiori copia rejicitur:

4. Quibus dum æger conflictatur, vires corporis sui magnopere labefactari & destrui sentit; & omnis earundem recuperandarum ausertur facultas, dum ejectione perpetuâ Chyii, atque multorum inquilinorum humorum, omnis tollitur nutricatus; donec tandem Leipothymiæ, removizia, &, increscente morbi violentiâ, syncopæ, convulsiones, & singultus, superveniunt, quæ deploratissimos omnibus suis ærumnis eripiant.

S. XXIII.

Priusquàm verò tristissimorum horum, & ipso visu horficiens est ribilium effectuum historiam missam faciamus, non inconmon gruum fore videtur nonnullorum in §. præcedenti ad Anti-penum. 3: enumeratorum cau/am efficientem breviter dilucidare, quæ, in primis confistit in motu Peristaltico intestinorum inver/o, jam mutatá veluti velificatione cursum fuum fursum inflectente. Secundum enim naturam (ut cuilibet constat) coärctatio eorum a pyloro ventriculi inchoäta, deorsum intestinum Rectum versus successi distributionem, tum ut crassiones materias foras depellat. Sed hæc ad superiora ratione sequenti reflectitur. Intestinali nimirum fistald origo,-B a alicubi

NonnulloromEffectuum caufa Ef-

13

alicubi constanter clau/a, omnis illa materies, virtute expultrice superiorum intestinalium partium, deorsum usque ad interjectum sic obicem protrusa, ibi accumulata, & morâ putrefacta, aut ipso pondere suo, aut accedente jam sibi acrimonia, perpetuo quasi stimulo nervos per fi/iulam intestinalem densissime discurrentes ad sui excretionem follicitat, tamque vehementes ibidem contractilium fibrarum creat constrictiones, ut ab iisdem, dum inferiores angustias inteltini vincere non potest, sursum retro-pulsa extremo naturæ conatu superiores fibras ejus violenter aperiat, atque eas fubeat. Ab hisce deinde fibris tanta vi disjunctis, valida videt ur exerceri reactio, quæ denuo altius evehit materiem hanc noxiam; hæc autem quascunque deinceps canalis inteflinalis intraverit regiones de integro eodem modo irritans, videtur sc sui ipsius regurgitationem in stomachum promovere, & motus vermicularis revolutionem retrogradam fic & creare & continuare.

cius vera Exiftentia.

Dari enim re verâ motum anti-peristalticum non in intestinis brutorum mactatorum modo, fed vel in vivorum fectionibus, & in vivo bomine confpexit Vir accuratifimus in obfervando Job. Jacob. Wepferus, in Tract. de Cic. aq. c. XXIV, dum portio intefinalis, quæ ab annis nuda extra abdomen hæferat, fur fum aut deorsum movebatur, prout ipse illam vel in superiori vel in inferiori parte leviufcule pungeret. Verùm enimvero illum non minus pervictum dederunt Eventus quidam infignes, qualis, inter alios, quem modo laudatus Wepferus reliquit, ani avide adeo suppositorium arripientis, ac fi id a manu intùs valide traheretur; quemque, mirabiliorem multo, fubministrat, a Math. de Gradibus memorata historia puellæ. cui suppositorium longum ano immissum brevissime vomitu. rejectum; & oum alterâ vice fimile ano inditum ad Coxam filo alligaretur, immo tertium ipli immissum quatuor filis fortibus retineretur, qualibet vice abruptis filis illud cum adhærentibus extremis filorum intra inteffina attractum, atque etiam ex Oesophago fuit rejectum. Quem, stuporem legentibus incutientem, cafum, cui utique fidem habuerunt Vi-1 345714

ADITOARTIN A UGURAL INS. THESEL

Viri Eruditifimi R. de Gradfius in Tract. de Clyfler & D. Semertus in Pract. 1. 3. p. 2. Sect. 2., fi quis in dubium revocet, non is faltem negabit, opinor, fidem daleno, Parao, ipfi Diemerbroekio, & aliis Viris fide dignifimis; qui aut Cly/mata, aut suppositorium emes reddita viderunt; Qui- . bus adjiciendus eft Abelus Roscius Med. Doct , qui in Lpist. ad F Hildan. in Centur. VI. Ob/. 70. & 71. profiletur, non tantum se prius phænomenon sæpius notasse in illis, qui bernia incarcerata laborabant, sed vel in quodam, in cujus cadavere, præter incarceratum Ramicem, a connata spongiofà mole intestini compressio secunda sibi conspecta fuerit.

His itaque ad animum revocatis, stupenda motils anti-peri- Eius faltici violentia simul innotescit, quum ille, præter Plexus summa omnes intestini Coli, ejulque fitum perpendicularem, & gyros Violeninteffinorum gracilium innumeros, nec non præternaturales eo. tia. rum angustias, etiam superare debeat resistentiam summam, aut totam quoque pessumdare debet structuram, Valvulæ Baubini; quæ liberrimum quidem digeftionis refiduo, omnibus fere nutritiis fuccis jam orbato, transitum ex Tenuibus intestinis concedit in Crassa; Verum contra est janitor severus, ne quid ex Crassi in tenuia refiliat. Atque eodem illo officio, ob fummam & artificiofiffimam Mechanicæ fuæ ftructuræ fimplicitatem, vel post mortem adhuc accuratissime fungitur; unde, nec aquam, nec aërem ipfum, ex Colo intefino trans eam in Ileum deferre valemus, uti id vel in Tenuium infantium Cadaveribus experti fuimus aliquoties.

. Ubi verò motús illa peristaltici inversio in intestinis verè Ejusprojam adest, videtur plerumque omnibus etiam partibus ventri- pagatio culi easdem turbas inferre, quemadmodum in brutis vivis in Ventridiffectis fieri Emesin plus simplici vice laudatus Wepferus culum. animadvertit, si ventriculi fibræ omnes Oesophagum versus constringerentur. vid. Tract. de Cic. aq. c. viij ; quamvis & nonnunquam ea videtur, superiori duntaxat Ventriculi regione in confensum adductâ, arcum ejusdem majorem, five fundum sinistrum, pacatum relinquere, quemadmodum & hoc probabile reddere videntur quædam circa vomitum infolita

infolita phænomena, quale erat, quod Clar. Hofmannus in Med. System. Rat. Tom 4. fect. 2. C. IV. fibi inde exponendum effe ratus fuit, in viro quodam bernia magna divexato. gui aliquoties omnia fere, quæ ante tres vel quatuor dies assumpta effent, evomuerit, intus remanentibus, quæ in prandio, tres vel quatuor ante vomitús infultum horas, comediffet.

S. XXIV.

Intelligitur itaque (ut ex diverticulo redeam in viam) Effecta mox tra ex § §. XXII. XXLII. prolaplum inteflini unius in alterum producere paffionem miferabilem, quæ & Iliaca vulgo dita fidicitur, & vario alio labentibus sæculis infignita fuit noftunt morbum mine. Nomina autem illa scire lubenti fuse tradituri funt donatum Latinissimus Celfus lib 4. c. xij., & Galen. lib. 6. de loc. minibus, affect. c 2., atque inter recentiores pluries citatus D. Senstert. Lib. 2. part. 2. Sect. 2., nec non Cal. Aurel. lib. 2. que & acut. c. 17, ut & Petr. Petit. in Comment. in Lib. 3. Aret. Cap. Craffop. 61. Ubi etymologiam eorum fimul invenire eft. rum & Tenuiam

BOTT PRESSEE ES

niunt.

20110100

Nos in iis tantum animadvertendum habemus, denomiinteftinorum affli- nationes hasce non modo Tenuiorum, sed etiam Crassiorum Aionious intestinorum affectibus competere, qui ex fimilibus, quam illi Tenuiorum, cautis origine ducta, fere coldem funcitos conveac Iliacos eventus generant. Quemadmodum enim fuperius S. VII. oftensum eft, causam Ilei, id est, malum insinuationis mutuæ, in ipsis Crassis obviam venisse, ita idem, -GALLEN in illis fæviens, morbo etiam Ileo homines interemiffe, docuit Bonet. in Sepulchr. Anat. 1. 3. Sect. xiv. Quin ipfe Fr. Hildanus testatur, se post Ilei tormina dirissima circa principium crassiorum intestinorum in puerorum cadaveribus ejusdem generis afflictionem quam pluries invenifie.

erten Statter 24 The sto

XXV.

§. X X V.

Vocem autem zopdatis, uti aliorum, ita etiam Divi Hippo-Hippocratis in scriptis, non arctiori sensu pro morbo Iliaco, cratis dictum, ex intestinorum contorsione fola (quam rarisfime, si unquam, Chordapnasci posse arbitramur); Sed latius pro eodem, ex intestinorum sum nifi præclusionibus aliis, vel cum, vel absque inflammatione, gene- congenirato, accipiendam esse judicamus. Quod fi verum fit, per tum ante hodiernam Experientiam labefactata aliquantum videri po- pubertatest dignitas aphorismi Coï Senis, qui sonat,, Ta de me non fieri, vi-ין צועבדמו עבסוןעמדמ, חבנוהאבטעטעוצמ, האבטפודוצמ, ? detur ex-3 μή σύμθυτ 3 χορδαψός. Τέταν τῶν νοσημάτων στο ήθης & χρη perientiz , megsdézeday yeunsonevou sdev. Summi etenim Viri, Ruy- contraschius, Peyerus, Hofmannus, Blasius, Smethius, & alii plures, rium. dixerunt oculati testes, multum infra pubertatem infantes, fcil. quatriduos, femestres, annuos, biennes, triennes, quadriennes, fexennes &c. morbo Iliaco ex caufà (reliquis jam omiffis) duntaxat vel unica, mutua nempe intestinorum immersione ipsa, non congenità, sed quæ paucos demum ante obitum dies intestina corripuisset, nato, interfectos fuisse.

S. XXVI.

Nec ipfe ingeniofiffimus Duretus in Comment. in Coac. Nectuto Prænot. p. 417. magnum Senem fatis videtur defendiffe eo, plicaffe quod Morbus 200 Satosper productum a stagnatione, atque adeo Senis putrefactione fæcum in Embryonibus, fecundum hujus ipfius verba vi-Medicinæ Parentis opinionem, Lumbricum latum, exinde in deretur pueris genitus, ita ouque for quoque five congenitus effe & di- iple Duci poffet; nam non ideo etiam congenitæ forent reliquæ remotiores ejusdem morbi causa, qualis vel maxime est exposita hactenus duplicata intestini interceptio, que simul cum infante nata, ob fummam necessitatem aperti canalis hujus, non ita diu ad menses plures, aut etiam annos, uti modo dictum est, occultari posset, sed brevi acutissimas, fupe-

fuperius §. xx11. enarratas, calamitates induceret. Non fugit nos equidem nonnullos etiam casus exstitisse, ubi citra ista horrenda effecta malum hoc diu fatis inteftina occupaffe videri poterat, qualis est, qui invenitur in Ephem. Natur. Curiof. ann. 1. Obf. 126 , filiolæ videlicet, ab ortús fui vefibulo alvo fummè segni laborantis, donec ea in dentititione demum difficili convul/a fatis cesserit; Nec non, qui in iifdem Ephem decur. 2 a viij. ob/erv. 18 legitur, alterius infantis ablque ullis vomitibus stercoraceis, & alvo etiam aliquatenus sequace, excrementa tenuissima, etsi difficillime, egerentisad vitce terminum usque; Imo & tertii, quod plus est, qui in fisdem Ephem. decur. III. a. II. p. III. memoratur, perpetua diarrhæa ad mortem usque diffluxisse. Quorum omnium tamen inteffina, fed quod notandum eft, non crasfa, fed gracilia, supradictam interceptionem præsentem monstrarunt Verum enim vero non monstrarunt ideo eam, favientibus modo dictis phænomenis, plerumque vitio crafforum potius, quam Tenuium, intestinorum adscribendis, jam præfentem, aut ab ipfa etiam nativitate in puerulis hisce jam genitam fuisse, & non demum sub agone mortis, aut in convillfivis concuffionibus corporis natam; quorum posterius multa argumenta adstruere potius videntur.

XXVII. S.

Disgnonis Inte. finorum

Quum autem affectus Iliacus citra hanc intestinorum invofis Intra- lutionem, frequenter etiam, uti modo subindicabam, a Jusceptio- quamplurimis aliis, & indole equidem admodum diferepantibus, quin & fefe invicem fæpe concomitantibus caufis ambigua. proveniat, fummà industrià in quolibet cafu oblato inquirendum erit in ejus originem. Adeoque onuewnan hic, fi ullidi, confummata in fortunate curaturo, Dogmatico Medico postulatur notitia. Verum hoc opus, hîc labor. Competentia enim, & propria, figna, ejusmodi intestinorum involutionem ab omni alio eorundem malo, lleum etiam producere apto, serto difcernentia, repperire & tradere fatagenti, dubio procul

cul statim innotescet deploranda Medicæ Scientiæ in his egestas. Etenim qui involutionis, sepius dictæ, causas omnes, & symptomata quæcunque superius § § xix ad xxiv. tradita. exquifite ferutatur, qui ad amuffim feorfum fingula ponderat, qui & confert deinde inter se universa, non ultra, quam probabiliter, Eam adeffe, affirmaverit. Solatium interim duplex hanc artis inopiam hic haud parum emollit, primum quod ejus in Ileo laborantibus præsentis suspicionem, dicta ratione comparatam, haud raro eventus per cadaverum, immo vel vivorum (ut in curatione infra patebit) hominum, incifiones notati, Medicinam facientibus confirmatam dederint atque certam: Alterum, quod propemodum cunctæ, quibuscum forfan involutio a Perito confunderetur, Ilei caufæ, fere ilfdem, quibus illa, remediis, non impune duntaxat, verum & secundo sæpius successu tentari possint, ut adeo error hic fubnatus minus quam alibi fit noxius. Sedem tamen cujuscunque caufæ hujus morbi, num scilicet in Tenuibus, an in Amplis Inteliinis illa refideat, ex loco doloris, & tumoris, nec non ex spatio intervallorum inter quoslibet vomitus, atque ex inspectis ipsis rejectionibus, fufficienter illucescere cum Multis docet laude dignissimus D. Sennertus.

G. XXVIII.

Ea verò mali sedes si recte distingui possit, etiam Prognosis, Prognoquam in hoc morbo, ex effectibus suprà fuse enarratis, sem- fis. per amaram effe, eruere facile poffumus, exinde immutabitur; prægrandis enim crafforum levior erit, quam tenuiorum inteflinorum mitis affectio; in posteriori enim casu omnis nutricatio tollitur, & quorumcunque applicandorum remediorum magis reftringitur occasio. Si verò tubi intestinalis pars inferior superiorem amplexa fuerit, aut involventis cum involuta portione concretio jam existat, ferme occasio illa tota tollitur, & omnis medela non fruftra duntaxat, verum etiam cum detrimento adhiberi videtur. Interim, quoniam 1220 tunc

C 2

tunc communiter, ex ipfo genio mali, certò pereundum est ægris, præstabit anceps remedium explorare, quâm ipfos, fine ulla folatii specie, in miseriis suis desperantes relinquere.

J. XXIX.

Indicationes.

Ob fævitiem itaque mali fummam, quam primum, & veluti festinanter, ejus ablatio molienda venit; hinc indicationes feqq. Sibi proponat Curaturus;

1. Viribus vitæ (ut in omni morbo) confulendum.

2. Remotas caujas corrigendas, fugandas.

3. Alvi exonerationem restituendam.

4. Motús Peristaltici intestinorum inversionem emendandam.

5. Symptomata reliqua gravissima lenienda, auferenda.

6. Intestina cito vindicanda parte incarcerata.

Harum tantum tres, videlicet tertiam, quartam, & fextam, ceu directé huc spectantes, una explicabimus, reliquis, ut generalioribus, brevitatis causa omissis.

J. XXX.

De Enematibus & fuppofitoriis. Si anus itaque adftrictiffimus introitui Siphonis obeft, prius fovendus & relaxandus venit Emollientibus, Oleofis, Unguentis, vel Linimentis. Tum Enemata primum blanda, lubricantia, aquofa, fæpius funt immittenda; Mox hifce parum proficientibus, adjicienda repetitis vicibus funt acriora, ftimulum inferentia, ac motum intestinorum deorsum dirigentia; uti acrius purgantes, radices, folia, falia neutra, jucca, & gummata &c. Nonnunquam & suppositoria aliquantum ftimulantia interponi possiunt.

J. XXXI.

De injo Fumus Nicotianæ ex tubulo inverso, vel aliâ machinâ, in atione nunquam fatis laudando opere chirurgico L. Heysteri pag. fumi Ta-1100. descriptâ, & Tab. 34. fig. 13. delineatâ, in sedem vali-

diffime propulfus, a nonnullis, confilio Egregii Th. Sydenbami, & Clariffimi Dekkeri Academiæ hujus quondam Professoris, obtemperantibus, omnium præsentissimus clyster habetur : a quibus ftat & ipfe Candidiffimus L. Heysterus, qui in bernia incarcerata dirissime discrutiatis, & morti jam proximis, tam promtos & falutiferos hujus clysteris, ex acerrimo equidem Tabaco parati, effectus ipfe observavit, ut beneficio illius nunquam ad fcalpellum illo in morbo accedere ipfi opus fuerit, quemadmodum ipfe in eodem op. chirurg. testatur pag. 807. At tamen ab aliis ob pessima alia fæpe inde creata mala Nicotianum illud clyfterum ceu periculo plenum despicitur & repudiatur.

S. XXXII.

Si exiftimemus fæces folidiores fimul fistulam intestinalem De Diluobsidere, vel acria cam infestare, Diluentia, Attenuantia entibus & Temperantia, Lubricitatemque addentia, Decocta vel In- lubricanfusiones, aut Olea pressa, larga copia sunt ingurgitanda.

G. XXXIII.

Perseverante morbo statim valide purgantia, Hydragoga De pardicta & Melanagoga, propinanda & per Epicrasin exhiben- gantibus. da, quæ intestina ad motum naturalem versus inferiora disponant, & inclusam eorundem regionem carceribus folvant. Atque idem tentandum est in tenellis infantibus æque quam in adultis, & donec alvi fiat exoneratio reiterandum, ex confilio expertiffimi Ruyschii, qui præsertim inculcat Cathar-Etica ratione virium in qualibet ætate fatis acria requiri. Monendum interim venit, acria & vellicantia quælibet circumspecte esse concedenda, ubi fimul phlegmone in intestinis fævit.

C 3

§. XXXIV.

S. XXXIV.

Defiftenda emefi.

Si Vomitus pertinaciter repugnat Medicaminum affumtioni, Anodynis, vel & Narcoticis sopor ad tempus inducendus eft furibundis fibris ofcillatoriis, quæ ad hanc excretionem coöperantur. Aut post devoratum purgans, dictitante fæpius laudato Ruy/chio, aliquantum /piritus vini ægro, quod is in ore detineat, exhibendum. Quod idem in his, & fimilibus omnibus cafibus maximo itidem ufui erit, fi id nauseosi ingratissimique saporis quodcunque remedium, v.g. oleum lini, in œsophagum depellendum prægressum fuerit. Præterea Regioni Epigastricæ Fomenta vel Epithemata ex (tomachicis penetrantibus , spirituosis , aromaticis ; aut & anodynis applicanda calide.

S. XXXV.

De ponporibus deglutiendis.

Alvo adstrictistima, discruciatibus sævis, & Emesi, perd rosiori- severantibus, ad remedia minus usitata, sed his in casibus bus cor- fæpius comprobata, demum, vel & maturius, descendendum, quæ pondere suo in intestina ex ventriculo subito impacta eorundem repullum invertant, membranas contra-Etas expandant, duplicatas extricent, nec non obices quoscunaue depellant.

S. XXXVI.

1 me de Huic autem scopo inferviunt Glandes ponderola e metallo, glandi- plumbea, argentea, vel aurea, quas, ut fimul ftimulus adbus me fit, alii confecerunt ex Regulo antimonii, alii & ipfas plumtallicis. - beas mercurio vivo incrustarunt. Cujus auxilii in desperatissimis cafibus, ubi quodcunque fere remediorum genus incaffum adhibitum fuerat, visi funt sepius exoptatisiimi eventus. Pondus autem earum fit plerumque non minus quam vel uncie dimidiæ vel integræ, quum observatum fuerit.

early fin examplet or set or and the

fuerit, ex variæ magnitudinis in tali morbo deglutitis globis, ponderoliflimum, etfi ultimus omnium adfumtus, & in ventriculum depulsus fuisset, omnium tamen promptifime superatis resistentiis ano egressum fuisse, remoratis adhuc dum intra abdomen levioribus.

G. XXXVII.

Omnibus tamen his glandibus, ceu majoris tarditatis mo- 20. Dr leculis, multi in arte Celeberrimi Viri longe præferunt lar- ipfomergum Hydrargyri potum. Quippe qui, ob mobilitatem fum- curio vimam, & fummum post aurum omnium cognitorum corpo- vo. rum pondus, expeditius ventriculum videatur & intestina permeare versus locum intestinorum gravi illa angustiarum labe laborantem; inchoare harum quarum cunque apertionem; atque reliquam hujus canalis congeriem, in motum & fitum naturalem restituere.

S. XXXVIII.

Quantitas ejus ad unc. ij, IV, tbß velintegram ipfam Ejus determinanda venit. Innoxius enim femper fuit caute ex- quantitas* hibiti A genti illius Vivi in primas digellionis vias ingreffus, da 3 blanut &, nisi intestinale vitium nimium obstaret contumaciter's dities ex iifdem felix. femper reditus. Id quod expertus Centurio fummasi ille, qui, narrante V d. Wiele, cum a Principe in media com- ut & efpotatione rifum captante infcius femilibram Mercurii Vivi ficacia in capaci poculo vini pleno ingurgitandam accepiffet, il- potens. ludque eursines uno hauftu heroico evacuaffet, præfentibus multis Convivis, adhucdum fere bibens, nec tempus fecedendi habens, in cachinnos omnibus effusis, affumtum pondus largiffimo cum pridianæ canæ fænore innoxium ano reddidit Blanditiem autem hanc Mercurii Vivi in ipfis brutis demonstrat experimentum doctiff. Wepferi in tract de Cic ag cap. 22 inveniundum. Et summam ejusdem, sæpius spectatam, Efficaciam motum peristalicum intestinorum inver-(umas

- fum in fanas conditiones revocandi, eorundemque præclusiones, licet a causa externa ortas, ampliandi, firmabit incredi--bilis fere cafus, ab expertisimo Viro F Hofmanno in Med. Rat. Syltb. tom. 4. Sect. ij. c. Iv. de fæmina berniofä relatus.

S. XXXIX.

Immeri- Quam ob causam præcipitanter nimium visus est descrito vene- bere deleterias hujus metalli vires Diofcorides in lib. v. num ille c. 70. & in lib. VI. C. XXVIII. quafi illud epotum, inftar a Diosco- Lithargyrii, torminibus intensissimis ventriculum & interide & stina exederet, aut pondere suo laceraret. Similiter immeappella- rito ipfum veneni rerum omnium nomine infamavit Plinius in Hift Nat. lib xxx111. c. v1. Exempla enim proftatur. re ipfius vel ad libras ufque citra ærumnas deglutiti, infuper memorat Ambrof. Paræus. lib. 21. de venen. c. 46.

G. X L.

bique;

Nec Fri- Parum etiam doctrinæ Phyficæ confentaneum videtur quod gore in aliitantam malorum catervam, universi fcilicet sanguinis coatensistimo gulum, deducere velint ex summo Mercurii Vivi frigore, quali Coagu-lum fanguinisfu- frigoris gradibus totidem ipfå acrior foret. Docuerunt nimirum nestum (uti hodie palam est) Thermoscopiorum fidelissimæ moneinfert u. læ, omnia corporum genera cujuscunque densitatis, commissa fatis diu eidem temperiei caloris communis, nunquam habere diversitatem ullam caloris vel ignis, ullo refpectu, modo æqualia volumine fuerint. Quamvis interim corporum densitas, particularumque ea constituentium cohæsio, discrepans varie, diversitatem nonnunquam sistat in velocitate, qua, applicatis fibi invicem varii caloris corporibus, cum minus calido corpori ignis copia adjicicitur, tum excessus caloris in calidiori diminuitur. Modo dixi non semper, sed tantum nonnunguam diversita-2441124 tem

rem in hisce produci a varietate corporum modo memorata, quibusdam enim sub conditionibus inde nulla phænomena notabilia excitantur. Quod utique in ipfo hoc metallo fumma celebris Fabrenbeitii industria detexit; illud enim variæ denfitatis corpora se ipso calidiora ambiens, eorum nonnulla, fortaffe pro ratione excedentis gravitatis, decies quater ocyus aqua, alia vero ipfà aqua tardius multo & debilius ad inferiorem gradum caloris redegit. Uti hæc, lectu jucundissima, ut & admiranda, exactissime descripta habemus a Viro Summo Hermanno Boerbavio in Chem. Tom. I. tract. de Igne. Exp. xx. Coroll. 10. & feqq. A cujus docto ore, donec ultimum ad fuos Discipulos in Schola privata, angustia jam præcordiorum haud levi, alloquium acerbo hocce inftantis fati prognostico clauderet, vix crediderim, Domini, pulmones amplius suffecturos, valete!, me pependisse, cujusque salutaribus præceptis privatim etiam, & pro ea, qua parentem meum Vir Maximus dudum foverat, amicitia fideliffimis ad moderandam totam studiorum meorum rationem (quod præfiscine dixerim) me ulum fuisse, tamdiu lætabor, quamdiu mens sana erit in corpore sano.

C. XLL

Unde profecto colligere datur, mercurii vivi ufum non Licet in universim esse vituperandum, nec summum ejus frigus accu- febribus fandum, ob temerariam adeoque lethalem applicationem mis hec ejus nonnunquam visam in febribus ardentisfimis, ubi ab ejus mala geusu fanguis in cadaveribus congrumatus inveniebatur. Cu- neravejus exempla Ramazinus in tract. de morbis artif. cap 2. tit, inex Borrichio; & Mathiolus in Dio/corid lib. 6. c. 28 ex caute conciliatore Petro Aponensi, tradiderunt; Erroribus enim in re- propinabus non naturalibus (quos in illis cafibus ægri ifti fimul cum bydrargyri potu commifisse referentur) si vel tantum modo gelidæ aquæ nimis profusus haustus fociaretur, ab illis qui itidem caulo detinentur, nonne & iis ab hoc gelido potu vafa constringente, humores condensante, & a reliquis inju-

25

aëris injuriis inductum iri eofdem, quales mox ab argento vivo, mortiferos eventus præsagiret multarum triftiffimarum, quæ inde vifæ funt, hiftoriarum memoris?

Tes courses the side a set J. 1 X L I L to to to be an allow our אוונטי למיד זונה דיום דמ המינה דע והמנוג צרא

Methoeshibendi.

TERMEN SHARAN PETROPA

Si igitur usus hujus metalli neceffarius judicatur, ildus eum lud lotum, & poris alutæ egreffum, prudentiffime jungi poteft cum oleis amygd. dulc. rec., Rapar., Olivar., Lini, vel cum Mucilagineis decoctis, aut cum jusculo carnium pingui, calidis, & id fic oblatum ob denfitatem fuam fummam constantius calorem fuum fervabit quibuscunque aliis liquoribus notis.

> Ejus autem post assumtionem æger deinceps aliquamdiu in latere dextro decumbat, ut pronior fit ejus in intestina transitus; post hæc, fi vires ægri id concedant, levem ambulationem aut vectionem instituat, ut metallum labile citius iter fuum conficiat; Atque iifdem fub cautelis glandes majores (. xxxvj., fi mercurio eas forfan quifpiam præferat, exhiberi poffunt. It has stud acom I

XLIII.

Idem ingredi Poteit later-FAM OScula.

Quod fi hæc remediavias Digestionis primas iterum aperuerint, & alvum exoneraverint, inde Enematibus Emollientibus, volorum & Eccoproticio, similibusque, infistendum erit. Et licet forte diutius Mercurii Vici particulæ intestinis inhæreant, non inde tantum diferiminis metuendum eft; notavit enim Clar. F. Hofmannus datam dimidiatam libram ejus, non ante diem quartum decimum, partitis quotidie vicibus, alvo exclusam fuisse, attamen fine noxa. Ne nimium tamen hîc fecuri exfultemus, in totum negando aquam hanc ficcam vaforum lacteorum orificia nunquam intrare posse, vetat experientia Incomparabilis H. Boerhavii. Ille enim (dum lectionibus in Nofocomio publico hujus Civitatis reftaurandis felicem administrationem praxeos clinicæ præmitteret) auditoribus fuis communicavit observasse se puellam ex. -375.04 mercu-

INAUGURALIS. 27

mercurio crudo, in vermium necem præscripto, in febrim putridam, fætorem animæ, & ulcerationes gingivarum incidiffe.

EDMINISTER DE MICHAEL S. X LIV.

Nimis tamen fortaffe meticulofe monet Bonetus in Sepul- 4. Aures chr. Anat. 1. 3. f. XIV., ne jam deglutito aureo globo, globo nec secedenti, superadjiciatur Hydrargyri haustus; quia deglutito duo illa corpora veluti se mutuò fint detentura summo cum adjectio ægri difcrimine. Videretur enim ad fummum factum iri non viex utroque amalgama & id quidem gravissimum; qua de re detur etiam Dio/cor. lib. v. c. 70. dixit, Mercurii potui mirabile pernicioferre auxilium auri limati scobem, sive ramentum quam 13. tenuiffimum, epotum.

§. XLV.

Topicum, fed ultimum, remedium, quod jam Hippocrates An fain libr. 3. de morbis collaudaverat, Follem videlicet fabrilem tus foite ano adaptandum, & flatum eô in ventrem immittendum, fabrili qui angustata ab inflammatione intestina, dilatet, Riverius in impelconvolutionibus itidem & contorsionibus intestinorum commen- lendus dat ob felicissimos ejus effectus; & ipfe Trallianus id ufur- lit in apare confuevit; verum, illudne in intestinorum involutione five mutuo ingressi æque bene cederet, haud æque certo patet.

S. XLVI.

Magnam verò adjicit Egregius Barbette, loco dolenti An cuimponendam sugentem (vulgo ventosam) cucurbitam, at curbita fæpius removendam, atque iterum renovandam. De cu- fugens jus successu parum sperandum videtur, si susceptio intestini efficar inter alia inteffina profunde tecta vel sepulta hareat.

D 2

。如何的方法。古法国的多利可以必

Jag ...

XLVII.

S. XLVII.

In Verminan Recent

Sugdetur ut exabdomine. inteftina educantur & explicetur

Omnium autem ex arte subministratorum auxiliorum frustra periculo facto, ægrotantibusque palam ad æternum fomnum veloci gradu properantibus, quidam, præëeunte confilio nostri Latini Hippocratis, fatius rati in certiffimo difcrimine anceps qu'am nullum remedium experiri, eo devenerunt, ut circa locum maxime tumentem atque obvelvulus, Aructum (qui interdum innotescit ex eo, quod homines afflicti quæcunque ingefta deor/um ferri per inteffina ad aliquam eorum plagam usque, fed inde tumultuoje regurgitare, ipfi fat diftincte persentiscant) apertionem fuadeant ventris, & intestinorum, quantum fufficit, eductionem, ut extricetur ita artifice manu eorum mutuus amplexus.

G. XLVIII.

Qua operatio moleftisfima eft.

At violentus intestinorum ex abdominali vulnere egreffus, præfertim cum omnia perquam tument: promtaque eorum eductorum & folita, ab ambiente atmosphæra, immutatio (etfi interdum absque labe per menses, immo à mesenterio & vasis suis foluta, propenderint, quales qui legantur & relegantur dignifimi cafus habentur in Smeth. milc. obs. lib. x. 1590. & in Epb N. C. a. v. p. 224); ut & difficillimus eorundem in capfam fuam reditus; nec non eorundem partium vitiose positarum non adeo prompte detegendum latibulum, & interdum occurrens concretio; operationem illam, laboriosissimam, & fere semper mortiferam, annuntiant.

G. XLIX.

Infignia tamen dantur exempla

Luculentum tamen exemplum admodum fecundi operafelicifiitionis ejusdem eventus, vide sis apud Bonetum in Sepulchr. mi fucan. tom. 2. p. 228. Ubi Chirurgus juvenis castra diu feceffus cutus, cum magna fiducia fanationem miferrimæ hoc mor-Ejusdem. bo bo laboranti ab operatione pollicitus, voto fuo refertur & ægræ eximie fatisfeciffe. Nec minus fortunate eandem, fe juvene, celebratam fuisie a magno Præceptore fuo, affirmanti facile credes candidiffimo atque omni fide digniffimo Viro H. Oolterdykio-Schagt. Quum nimirum fæmina quinquagenaria, admodum truculentis hujus morbi fymptomatis defessa, a nullo remedio Enematum, Fomentorum, Cataplasmatum, & cucurbitarum magnarum ventosarum abdominis, a celeberrimo Nukkio fucceffive applicatorum, levamen ullum cepiffet; Ille, in praxi feliciffimus, fuspicatus intestinorum mutuum amplexum fubeffe, author fuit, ut Chirurgus dexterrimus, in latere finistro, quatuor digitos transversos ab umbilico, oblique versus inferiora fimul & posteriora facto abdominis hiatu, intestina, (statim absque ulla mora lacte tepido fovenda) protraheret, quæreret locum involutum, eumque lente evolveret, mox omnia intestina reponeret, & tandem vulnus abdominis confueret. Quod confilium dictum factum adeo bene ceffit huic, fere jam morienti, mulieri, ut eductis intestinis, &, bona fortuna, subito eorum immersione, omnium malorum matre, repertâ, inflammatâ necdum, nec coalitâ, & post olei multi inunctionem diducta; atque postremo, posteorum refusionem secundum artem, gastroraphia ex voto absoluta ; primum quidem Enemata Emollientia alvum denuò aperuerint, postea vero vires restaurati corporis ipfæ sponte sua apertam illam servaverint, eoeffectu, ut Illa ex Orci faucibus veluti erepta, brevi perfecté sanata, & ultra 20. deinceps annos superftes, fuerit.

S. m.S. L.

Intestina reducta, concustu propria

20

Quod fi post intestinorum reductionem in abdomen, eorun- corporis, dem contorfio aut depravata positura metuatur; Jubente C. Cel- fed. vel so, æger leniter concutiendus est, quo per se singula intestina sponte, in in suas sedes reducantur, & in hisce consideant. Quin, loca disquod corum partes, fi quæ forfan a fitu commodo, dum ponuti-D 3 repo- tur.

ares princo, & quan negeoria

a feation

30 DISSERT. MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

reponuntur, aberrent, facultate folâ corporis ipfius, in propria loculamenta fponte regrediantur, ipfe credere haud dubitavi, ex quo viventium Brutorum inciforum intestina educta, omnivariá ratione in contrarios gyros a me flexa, & contorta, tumque hac, quousque id præstari potuit, præternaturali positurâ rursus per vulnus in abdomen intrusa, nullam notabilem Functionibus Naturalibus eorum animalium, brevi omnia sua constanter iterum peragentium ut prius, labem intulisse mirabundus animadverti.

PARS SECUNDA. DE

ALIIS MACHINAE HUMANAE EXTRAORDINARIIS.

OBSERVATIO ANATOMICA PRIMA.

In cadavere Viri robuftifimi, valde musculosi, admodum proceri, ætatis anno 27° vel 28° denati, & ut ex colore, torositateque totius corporis, nec non contentis erassioribus stomachi videbatur, modicâ sanitate exstincti, præter Volvulum, quem in ipsa Dissertatione §. VII. attuli, sequentia mihi occurrerunt notanda

1. Extrinsecus nullibi vitium, at Thorax latiffimus & tumens. Integumenta autem communia in latere dextro à *Pectorali* musculo removenti, mox obvius odor, non ingratus primò, & quasi recentibus *Liquiritiæ* radicibus proprius, sed sensim ingravescens, & tandem nauseosus. Membrana *Adiposa* hic, & super ipsis abdominis musculis aquis quodammodo turgida.

Multi 2. Pectoralis porro Musculus ipse extrinsecus fanisfi-Musculi mus, intrinsecus arctissime cum cartilagineis partibus coconcre- starum verarum, & musculis Intercostalibus ipsi connatus. verunt.

.203 40033. 2

Immo in quibusdam locis omnes hi musculi, in se invicem valide compressi, & una cum indurata membrana Pleura in unam feirrhofam duritiem versi. Musculus subclavius itidem in ligamentum quasi conversus. Pinguedo, nec non glandulæ prope axillam, induratæ

3 Mox, ubi leviter vulneraveram Pleuram membranam magno impetu e Thorace liquor subgryfei coloris, & odo- Thoracisris, qualem jam ante fubolfeceram. Stylo in hanc cavita- Cavitas tem dextram Thoracis demisso nullum Pulmonis dextri ve- Pulmone ftigium obviam, sed copia ejusdem liquoris, quem exinde vacua; ad libras 12 eduxi Hic spissitudine, ac homogeneitate, liquore atque odore ab Ichore diversus; Pure autem bono magis candido candicans & fluidus. plena.

Prius quam Thoracem discinderem, aliquot intervalla coltarum verarum musculis Intercostalibus exui, ut Visce- Pulmo rum ejus Cavitatis politura recte innotesceret. Ibi Pulmo dexter in tem Thoracis; margo autem ejus anterior uti sterno pro- Thoracis ximisque cartilagineis portionibus costarum dextrarum, adacus ita & margo ejus posterior eminentibus corporibus vertebrarum Dorfi, firmiffime accreverat; & inter hos terminos latus ejus dextrum applanatum atque tenfum.

In aperti denique Thoracis camera lævá Pulmo proinde dexter & sinister, ut & Cor cum suis valis arcté compressa, allaente fimul magna copia lymphæ fubrubellæ : cameravero dextra pulmone suo orbata, &, ut dixi, lactei coloris liquore repleta.

Pleura membrana dextra in quibusdam locis macerata & diffoluta, in aliis dura & ad minimum decies incrustata; Pleraques qualis Involucrorum præternaturalis craffities etiam in Em. Thorapyematibus & Pulmonalibus Vomicis haud infrequens eft; cis vitiant fed in finistro sacco membranæ ejusdem conspicua valida 1a. phlegmone.

Glandula Thymus pro ratione ætatis extra ordinem tumens; sed omnino scirrhofa.

Pulma

81703

32 DISSERT. MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

Pulmonis dextri moles multo minor quidem, quam illa finistri; tres tamen ejusdem Lebi finguli superstes, quorum externa quidem tunica spissa & callosa verum ubique continua, nullibi perforata; quin ipfa eorum substantia modice fana nullis contaminata Vomicis, at parumper compacta. Pulmo proinde hicce nequaquam in caufà effuti intra Thoracem liquoris.

Pulmo sinister fummopere, sanguiferis vasis obstructis, extrinfecus rubes. Pericardium mole suâ, duritie, nec non craffitie membranæ suæ, perquam immutatum.

Viscera nis.

5. Ex patefacto, post hæc in Thorace vifa, abdomine abdomi- multus fanguinolentæ lymphæ profluxus. Omentum ibi, inter Colon intestinum & Ventriculum convolutum, fed tamen propagine quadam Peritoneo infra Lienem firmiter adglutinatum.

In intestinis tenuibus, & præprimis quidem in Jejuno, spectaculum texturæ vaforum fanguine turgentium, quafi arte intide repletorum. In intestino Cæco Vulvulus, quem superius in Differt. explanavi.

Ventriculus turgidus liquore coloris cinerei, & frustis casei femine cumini conditi, medium fere digitum longitudine adæquantibus; quæ quandoquidem leviter tantum macerata. dubio procul brevi ante mortem devorata, fignum dabant hominis non adeo diu, aut certe non adeo graviter, ægri.

Vafa Lalo turgentia,

6. Ex Intestinorum tenuium lateribus, ut & ex eorundem cteaChy dorfo etfi obscurius, jucundiffimus nobis conspectus prodeuntium vaforum Latheorum Chylo fpiffiori refertorum; quorum alia fecundum vafa (anguinea, alia vero ab eorundem directione feorfum, & vario flexu, proferpebant verfus Mesenterium, &, inter ejus Duplicaturum pergendo, in truncos majores successive coëuntia, tandem Glandulas ejus Vagas ingreffa, pulcherrime etiam easdem ambire & coronare cernebantur.

> Numerus autem, nec Cavitas, horum Vaforum ubique æqualis, fed ea circa medium Intestinum Jejunum, omnium, uti capaciflima, fic & numerofiffima. Per illum vero intestinum

> > Č.

& pauciora & arctiora. At & ex ipfo Duodeno, (in quo ejufmodi vafa fe nunquam repperifie tcribit J. D. Santor. in obf. Anat. c. 1x. § x.) emergebant parvi vere Latteorum rami, etfi chylo dilutifimo pleni, & vafa Lymphatica potius, quam Lattea, referentes. In crassi vero intestinis nullum corundem specimen.

Distributionem autem eorundem tubulorum Chyliferorum, fuperiori propemodum fimilem observare insuper mihi licuit in infantis biennis intestinis, ob Glandularum Mesentericarum vagarum obstructiones, denso horum tubulorum tegmine itidem ornatis.

Chylus porro tenaciflime adeo iifdem inhærens, ut ex utro-Chylus que illo Cadavere, in fpirituofo liquido, refervare, jam à tenaciter longo tempore, potuerim intestimales portiones, in quibus inhæpræter venofa arteriofaque vafa, varii coloris materie condien-rens. te penitiffime ex arte impleta, hi tubuli chylo spissiori turgentes distinctiffime conspiciuntur.

7. Ductum Thoracicum etiam profequenti, ejuídem canalis Ductus universus deprehensus est integerrimus, ab ortu suo ad exitum Thoraciin venam subclaviam sinistram usque. Neque ullibi disrup- cus & Oetio ulla vasis Lymphatici majoris in Thorace hærentis, sic & sophagus, Oesophagus toto suo itinere illæsus suit.

8. Hinc itaque fuborta mihi cupido, unde ergo tanta & Examentalis in Thoracem colluvies? quam, nec Chyliferus Dustus, liquoris e nec Stomachus, nec vas Lymphaticum majus (quantum videre Thoracie licuit), nec postremo Pulmo ipfe, huc deduxiste apparebat. Cavo educti. Plurima illa erat, ut superius (3) indicavi, & singularis insuper indolis; candida nempe colore, mixturâ valde æquabilis, neque ullo putredinis signo secta, licet jam quinque a morte hominis lapti suffent dies. Oracula nostra consulenti, Pus este respondit Vir Celeberrimus B.S. Albinus, quale ipie antea ex maximo abscessur Hepatis specie liquoris huic valde similis, magnâ copià eduxistet. Deinde auctore Viro Claristimo H. D. Gaubio laticem hunc plures dies in digestione sepositum observavi. Non putrefichat, quin odorem acessentem spirabat, & in duas partes sele separabat, quarum altera E 'pon-

34 DISSERT.MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

Liquoris ponderosior, spissa, instar lactis coäguli mucosa, & subflain Thoracis Cava; at multo tenuior altera, subviridis, & priori innatans; vo invo inventi dif- tam constanter retinebat; At acescentem suum odorem, sed non suffo per nisi post multos demum dies, cum putrido alcalino, valdeque multas nauscoso, commutabat.

diffitas 9. Ad loca porro inventi hujus in cadavere stagni non inpartes, diligenter animadvertendum videbatur. Plurimis nempe in corporis, diffitis, non tamen lateris in corpore illo *finistri*, sed tantum fed in la-diffitis, locis latex ille comparebat.

tum dex- Primò namque in ipio Scapulæ dextræ Dorfo inter fibras tro. 1. Per dorfum scapulæ dextræ. fecte convenientis; dum (quod admodum peculiare vifum fuit) nulla ejus gutta, nec in mufculis fub Scapulæ fitis, nec

in aliis Deltoidi vicinis, inventa fuerit.

2 Inbur- Secundo clunis etiam dexter infigniter tumelcebat præcipue fà fub in regione fuà exteriori. Separando mulculos ejus, haud ita musculo longe ab Eminentià, quam os Ischion emittit, acuta, muscu-Gluteo lum Magnum Gluteum firmiter annexum adunatumque Gluteo Magnon Medio detego. Sejungo aliquantum hofce mulculos, & mox dextro prorumpentem video liquorem, qui, & odore, & omni ha-Radice Trochan- bitu, cum priori e Thorace educto fere idem, nifi quod spitteris Ma- fitudine majore aliquantum differret. Penitus itaque disjunjoris Fe- Etis iisdem mulculis, animadverto Gluteo Magno, ibi ubi idem 110115 Gluteus partem Trochanteris majoris offis Femoris exteriorem fuffulta jam per- atterit, subjectam illam, [quæ à Viro longe Clarissimo B. quam di S. Albino in Hiftor. Muscul. lib. 3. p. 520. primum exquifite memorata, & quæ nuper in fæmina non (uti cæterum stenlà. femper) dorfo Trochanteris majoris, nili laxe mediante cellulolà membrana, adhæfiffe, fed amplè cum ipfo tendinco Glutei Medii fine infeparabiliter coaluifie, a me inventa fuit] burfam inligniter in omnem dimensionem, furfum, antrorfum, retrorfum, deorfumque dilatatam; ita ut hæc a latere superiori & posteriori mediam fere altitudinem Glutei Medii conscendens, -000 & ad

& ad inferiora longe ultra Radicem Trochanteris Majoris defcendens, ac totum itidem os Femoris per posteriora usque in ejus Trochanterem minorem ambiens, capacitatem faceret tantam, quæ integrum pugnum meum admitteret. Hæc ipfa autem vehementer adeo expansa bursa continuit ingentem vim priori fimilis laticis; Involucro fimul ejusdem, quod in fanitate est tenuisimum, jam valde robusto & spisiato.

Nec Tertio vel hic laticis toties jam deprehensi, diffusique 3. Sub limites; fiquidem sub Pollice pedis, itidem dextri, inter os ipfo polprimi & fecundi Ordinis, sub Tendine musculi Flexoris Lon- lice pedis gi Pollicis pedis capsula quæpiam, tenaci membrana constans, dextri. integumentis communibus infidens, & repleta humore craffo, in flavedinem vergente, & parum recedente ab illo liquore, qui primum in Thorace ipfo latuerat.

An proinde ex hifce colligere licet liquorem prius in Thoracis dextram partem effusium, ex hac in vivente adhuc homine per tria enumerata loca distributum fuisle? Nonne probabile fit venas Pleuræ absorbentes illum ex Pectoris cavo hauftum fanguini fluenti infudifle? Eundemque beneficio arteriarum Exhalantium in illa loca depolitum fuille? Quam verò ob causam in latere sinistro hujus Cadaveris nullum ejufmodi liquoris indicium comparuifle dices?

10. Historiæ autem Cadaveris rarioris fas fit Viscera adjicere duo, quæ & ipia non vulgaria.

Et primo quidem loco Hepar, quod fanifimi coloris, fed Hepar ordinariam longe superabat magnitudinem. Fibra enim, five prægran-Lobus, ejus finister, solito multo latior, ultra Ventriculum de, in per anteriora finistrorium vergens, ejusque partem in fovea cie sui valde profunda recipiens, Lieni tandem ad magnam latitudi- Lymphanem erat nexus. Alter autem, five dexter ejus Lobus ad am- tica vala plitudinem quatuor circiter digitorum transversorum descen- oftendebat infra marginem Hypochondrii dextri; Et interim, quod dens. notandum eft, omnia viscera abdominis satis se invicem suftinchant. At vesica fellis, ne guttam quidem ejus continens, adeo complicata erat, ut tenax tantuminodo ligamentum fpeciofifime referret.

E 2

26 DISSERT.MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

Per omnem porro superficiem utriusque Lobi hujus Visceris, non modo in Gibba, verum ettam in Concava corum regione, candicantia vala Lymphatica permulta hinc inde plane manifesta fuerunt. Quæ pulcherrime ettam intumuerunt deinde omnia, si aërem in Venam Portarum flatu impellerem.

Duplex 10. Secundo Ren finister duos Ureteres emisit, qui primum Ureter, juxta se invicem incedentes, mox se mutuo decussantes, inde duplex per magnum intervallum procedebant sejuncti, donec margipelvis in per magnum intervallum procedebant sejuncti, donec margi-Rene co. nem pelvis abdominalis ferme attingerent, ubi in unum condem. fluebant.

> In Rene ipfo juxta altitudinem suam discisso dux similiter Pelves occurrebant, distinctæ prorsus, nullibi in se invicem patentes, sed singulæ in suum Uresterem definentes.

Varix tumens in Venâ Spermatica.

11. Vena Spermatica tinistra duplici infigni ortu, altero ex. Venâ Emalgente ipfâ, altero vero ex ejusdem Emalgentis fobole renem versus derivatâ, (anatomice loquor) germinabat. In eâdem autem Varix, a coïtû horum principiorum multûm distans, infra quem vena collapta erat & fere sanguine vacua, sed supra eum turgebat. Unde, sanguinem infra Varicem depellere sacpius frustra molitus; quæ vero inferius restabant paucæ guttæ facilius paulo sursum repellebantur.

Tandem in ipiam Emulgentem Venam, Renem versus, materiam baliamicam immili, quæ illinc in exilia quidem vafa Renis, & in venam Spermaticam penetravit, fed non ultra ante dictum Varicem; portionem itaque infra eum vacuam

In scele-aëre distendi, siccavi, denique aperui, & detexi (quas in illa to perse-adhuc dum servo) duas Valvulas Semilunares, cavitate suâ do om- Renem spectantes, & per diametros suas accurate ses mutuones offi- tangentes.

um Epiphyses a 2. Postremo in hoc, plenum incrementum transgresso, physes a & insuper duris laboribus rusticis exercitato corpore invenibus ad- Epiphyses omnes offium sceleti (quem mihi mundavi) a corhoc dum poribus suis offeis, sive, ut hæc Clarissimus Ruyschius vofolutz.

cat, ab offibus principalibus, adhuc dum diffociatas. Ita nimirum in lequentibus offibus res fe habebat.

In offe Femoris, Epipbyfis inferior, condylos & fulcum Varial Patelle paratum subministrans; & Caput ejus, quin immo ofla. Trochanteres ambo ab offeo corpore five Diaphyli adhuc dum crant discreta; superstite lamella cartilaginca, tenui, nondum in os conversá.

Offis Humeri Epiphysis inferior cum offeo corpore quidem' confluxerat, fed ab ipfa Condylus posterior five major adhucdum separatus mediante Cartilagine; itidem ejus Caput cum utroque Tubere suo etiamnum liberum fuit. A Radii autem. Tibia, & Fibula, corporibus offeis, utraque Epiphyfis diffincta; ab Ulna & offibus Metacarpi & Metatarfi Epiphyfis inferior, ab offe Pollicis superior separata erat.

Pulcherrime demonstrat os Sacrum modum, quo Natura Os Sa-Cartilaginem ejus in vertebras, fed ab illis Lumborum degene- crum. res, absumere solear; fingulæ videlicet Vertebræ ejus adhucdum a proximis potifimum disjunctæ. Verum enim vero fumma ejus Vertebra, a secunda in totum dissoluta, exhibet diffincte corpus, processifique Obliquos, cum Adscendentes, tum Descendentes, atque Transversos conjunctos cum lateralibus ejus partibus, nec non Spinofum, fed in duos fiflum. Et offis Cocergis vertebra fuprema duntaxat proceffibus fuis Obliguis adscendentibus, admodum perspicuis, eum iisdem descendentibus infimæ vertebræ offis faeri cohærebat.

Sternum ex quatuor partibus componebatur, quarum prior Os Pectodabat os Triangulare Sterni; altera ponebat os inter fecundas ris. & tertias Costas veras; tertia pars offea inde definebat ad fextas Costas; ultima vero, Ensiformis dicta, adhuc-dum Carulaginea exiguum modo granulum offeum continebat.

Ab offibus Coxæ diflociatæ Epiphy/es, quæ Criftam Ilei, & OsIleum. superficiem Tuberis Ifchii æquabilem constituunt.

Tan Stylio

1110, 100 Canenantine, an

E 3 O BL

的第三人称单数

tion of infinit Cricklamik, con

38 DISSERT.MISCELLA ANATOMICO PRACTICA OBSERVATIO SECUNDA.

Hydrocephalus internus in infante recens nato.

Partus Difficilis. 1. Paupercula gravida, ad terminum Gestationis deducta, & partus nixibus tentata, scetus sui partem maximam commode satis edidit, licet primum præternaturaliter pedes, deinde totus truncus una cum brachiis in auras prodiissent. Hæsst vero deinde collum & caput, quamquam violentissime in ejus Exclusionem reliquam urgeretur parturiens.

Obstretrices itaque tres pariter in Auxilium advocatæ, at frustra; auxiliatrices enim præbere manus haud potes fuerunt.

Altero inde die Dexterrimus Operator J. Denys, Vir mihi, dum vixit, amiciffimus, accerfitus, Digitum Indicem juxta dorfum hærefcentis Embryonis per os uteri internum, valide circa ejusdem Collum conftrictum, protrudendo, tandem infolitæ adhærefcentiæ caufam, i. e. Caput deforme, & immane quantum, offendit.

Quod, omni molimine, sed irrito, carcere suo extricare diu conatus, anxiam Viribus postremo Naturæ ipsius commisit in posterum diem, quo, nisi adjutricem interea se dedisset Natura (quod sæpius præter spem sibi contigisse assevrabat Vir prudens) srultulatim onus extraheret. Verum provida, & voto ejus secunda effecit Natura, ut, sub sequentem Vesperam, uno saltem validiori nixu, momento citius secunda uno saltem validiori nixu, momento citius secunda pridem tamen strangulato, liberaretur misera mater.

Hydro- 2. Hic Grandis, bene obefus, & pleno corporis habitu, cephali fed Juvenile fere caput gerens, & valde amplo Thorace præ-Examen ditus, cum mihi ex benigno Viri Clariffimi H. Ooflerdyk Schagt,

qui Puerperæ eâdem, qua in omnes pauperes commendabiliffimum fe præstat, commiseratione, curam in se suffeceperat; nec non & ipsius Operatoris, consensu, ad Exenterationem traditus esset, sequentia in Capite illo suo enormi spectanda dedit. Cranii integumentis divisis, non multum lymphæ in membranâ Cellulosâ.

Perieranium facci in speciem elevatum, & ab ipsis Cranii offibus separatum a subhærente lymphâ copiosa subrubella.

Suture superiores Cranii omnes ad digitum transversum sesquialterum hiabant, hinc & levi negotio vacillantia offa superiora omnia. Hiatus Rhomboides, (Fontanellam dicunt), multum callosus.

Sinus Longitudinalis Dura Matris, nihil præternaturale in fe habens, sed aliquanto amplior. Diductis aliquantum offibus Verticis, & Durâ Matre prope sinum Longitudinalem leviter discilla, eadem sub iisdem offibus omnino lacera, destructa, & in pulpam conversa; verum & in omni sua plaga a reliquis superioribus offibus Cranii sejuncta, & tantum per corundem Suturas propaginum fuarum auxilio cohærens cum Periosteo externo, five Pericranio, itidem ab iisdem (uti modo dixi) separato, construebat pulchre quasi capsulas, e quibus offa munda eximebam absque ulla fectione; quippe quæ nulla ex modo dictis membranis, five Periosteis, nec externo, nec interno, i. c. dura meninge, vafa accipiebant visibilia, unde merito mirabamur justam corumdem magnitudinem pariter ac integritatem; quin & vafa perquam rara videbantur in iplis illis Meningibus, fi excipiatur exiguus tantum Dure Matris locus valde inflammatus, cui non abfimilis locus dabatur in parte offis dicto loco accumbente.

Piam porro Membranam deprefferat onus aliquot lymphæ librarum, quas determinare non valemus, quia idoneis ad ponderandum destituebamur instrumentis. Lymphæ autem hujus pars ob fissuras Daræ Meningis supra enarratas, & in ipla ossium Cranii loculamenta, sive Capsulas, penetraverat. Prior autem membrana fere ubique naturaliter ipsi Encepha!o contigua, & copiosis vasis sanguine boni coloris infarctis ornata; parva tamen ejus portio ab illo soluta sero illi cruento innatabat.

Cerebrum jam ipfum adeo ab alluente pondere deorfum detrufum, ut Hemifphæriorum, maxime fimul Emollitorum,

40 DISSERT.MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

convexitate pessum data, altitudo corundem in codem plano horizonti parallelo, in quo Callosum Corpus ejus, repperiretur. Hemisphæriorum eorundem incifuræ externæ perquam erant altæ, quo evenit, ut corundem anfractus, qui alias in Hydrocephalis internis evanescere solent, hic contra magis confpicui, & mobiliores, inteffina in Gyros convoluta accuratius, quam in fano cerebro, referrent. Cæterum de Emimentiis internis, nec de Nervis Cerebri ob ejus mollitiem, aut potius conversionem in pultern, distinctum quidpiam cerni aut dici poterat. Ad hac, processus Duræ Meningis Falciformis conlumtus adeo, ut parva duntaxat ejus vestigia circa Frontis & Occipitii regionem imam superessent; & ipfi ejus proceflus Transversales (quos Diaphragma Encephalicon appellare Incomparabilis H. Boerbavius folebat) quali elixi & exefi, aditum concefferant extravasato liquido in Cameras Cerebelli, cujus inde alter Lobus interne requisitam sanæ similem duritiem, bonumque Colorem, & habitum præ se ferebat; at externe de-coloratus excepté magna phlegmone pir involucri; alter vero cerebelli Lobus in pulpam conversus, & prorfus depravatus.

Thoracis & ventris

-000

3. Thorace pertufo, exibat cum fibilo mox aër mulcus; & in ejus cavis magna vis aderat fuberventi & tenuis liquoris. De cætero in hisce cavitatibus, quemadmodum & in Examen, Ventre, omnia viscera satis sana.

Hisce ita recognitis, quanta nascitur occasio multas de Vita, quæ in hoc infante etiamnum fuerat superstes, abolitis etfi in capite ejusdem, quoad externas faltem proprietates, omnibus Vitæ, plæter Cerebelli Loborum alterum, qui plerumque in Hydrope Capitis interni, plus minusve illæfus deprehenditur, Primariis Fontibus, expromendi Conjecturas? At Conjecturas tantum, & non certas Observationes; Quam. obrem, uti ego quidem opinor, præstabit cum Nic. Tulpio in Obf. Med. lib. 1. c. xx1v. confugere ad ingenuum illud. Quantum est Quod nescimus! quain inani verborum sono tempus terere.

QB.

INAUGURALIS. OBSERVATIO PATHOLOGICA TERTIA.

1. Mulieri 50. annum agenti, omnium sane pauperrimæ; Hydrops primo abdomen, deinde Extrema inferiora, bydro in spepe intumuerunt; in dies tumor iste multum increvit. Tan-cie sadem Tincturâ, seminum Frazini cum sp. Juniperi paratâ & natus. adhibitâ, urinæ uberrimæ profluentes bydrope liberabant ægram.

2. Aliquot autem menses post, eadem in pristinum subito IdemRerecidit Hydropem, & secunda aut tertia inde septimana febre acutissima corripitur cum lancinantibus cruciatibus in abdomine, qui brevi stipati suerunt persecta 1/cburia, intolerabiles anxietates inducente, & duos integros dies durante.

3. His elapsis, in humiliore regione Hypogastrica abdomen Clause subito expanditur, sed simul crepat ibidem parva rima, per urina quam modica quantitas lymphæ fætidæ ilico emanavit cum Venter sensitu, quam modica quantitas lymphæ fætidæ ilico emanavit cum Venter sensitu, fensibili angoris & symptomatum sebrilium levamine. Lym-ipse rima pham autem ipsamægrota, sub hac & sequentibus evacuatio- crepat, nibus, ex odore & colore semper putabat este urinam, sed & lymnunquam ad accuratius examen potuit in vas excipere, etiam pham efi per quatuordecim adhuc dies rima eadem perseveraverit istuetat. dem profluxus, diurno quidem tempore guttatim, verum nosturno, quo omne etiam Hypogastrium sensim fiebat repletius, circa statam horam ubcriori copia; constrictione meatûs urinarii toto illo tempore pertinaci, & ne guttam quidem urinæ transmittente.

4. Sed quemadmodum conftrictio illa derepente nata erat, ita lichuria & post dictos dies quatuordecim inopinatò sublata fuit. Tunc sublata ; namque ægra validis nisibus ad mictionem agitata, non ita diu ris tumor post urinam excernit; tumor ille Hypogastrii peculiaris, (3) qui Hypogaultra Genitalia antea multum propendens, & rariori specie deor-strii. sum sensima compussata, in imâ sui parte, vesicæ quasi urinariæ fundum subrotundum repræsentaverat, mox evanescit; ure-

thra

42 DISSERT.MISCELLA ANATOMICO PRACTICA

thra ipfa per aliquod tempus inde aperta manet, & fislura Hypogastrii (3) coarctata lente coalessit.

Prodigiofus tumor ventris cum multis morbis dem mors.

5. Tumor interea Abdominis universi restitit, quin in dies postea excrevit; ut tandem, in altitudinem & longitudinem prodigiose expansus, trium Ulnarum communium mensuram adæquaverit. Simul rediit deinde Ifchuria, & continuata per multos dies, licet propter fitum inexplebilem Cerevifiæ tenuis, vel limpidæ aquæ, profusam quantitatem miserrima potaret. aliis; tan- 6. Toto hujus Morbi decurfu, Respiratione molestissima. curtâque, & Tuffi perpetuâ, ac profecto molestifima, nullis morem gerente remediis, vexata ægra; ab ingestis in Ventriculum interdum ad præsens sufforationis periculum, nun-- aftensk quam verò ad Vomituritiones vel Vomitus ipfos, deducta; & difficillime femper in latus dextrum & in Dorfum decumbens; Abdomine tamen iterum multum detumescente, tandem tot ærumnis confecta, animam tranquille efflavit.

Cadaver mum.

7: Curiolus rimandi caulas malorum præcipuas, iplo mor-ferdidif- tis die, cultro fubjeci Cadaver, jam statim extrinsecus fordi-diffima fua specie testatum ineffabiles miserias, quæ in pauperrimam hanc catervatim desevierant; Nam non modo Pediculorum adhuc-dum vegetorum millenis (tam enim incredibili illi nunc prodibant copià, ut tota Defunctæ facies sub. iis tantum non sepulta effet,) esca viva & lenta fuerat; sed : & circa Genitalia, & fuperiora Femorum, adeo sphacelo omnia corrupta, ut tam brevi post mortem ejus, vivi etiam vermes nunc jam proreperent.

TIIS.

Examen 8. Nec minus intrinsecus ærumnarum. Inflicto namqueabdomi- abdomini vulnere, mox pleno rivo multæ pintæ lymphæ fubflavæ, & fætorem urino/um spargentis, pure autem nullo nec. ichore inquinatæ, prorumpebant.

9. Aperto toto Ventris cavo, Peritonaum fere in omni plaga fui leviter inflammatum ; Rima Hypogastrii (3) extrinsecus adhuc-dum conspicua, sed cicatrix intrinsecus nulla, nec in iplo Peritonao, nec in vesica, licet & in anteriori & in fuperiori suà sede ab investiente Peritonao caute a me denudatà. 10. Hæc parya, & per Ureterem inflatum aërem cito ipfa.

Urea.

Uretbrå dimittens; nullam labem in cavo suo exhibuit. Verum, an & quid obicis fortè in ipsà Uretbrà occultaretur, ne investigarem ulterius, immundities Genitalium absterruit.

11. Nec Intestina porro, nec Mesenterium, inflammatione, suppuratione, vel scirrhis vitiata. Sed priora facibus multis onerata, & variis in locis arcte contracta, at medio inter claufas extremitates spatio, solius aëris magnâ vi distensa. Ventriculus vacuus.

12. Sed rarius Hepar; mole id parvum, compactum, du-Hepar rum, atque rigidum, in omni sua, cum gibba tum concava, rigidum, superficie, tuberibus, ex basi latiori & ipsi Hepatis substantix infidenti, in apices obtuss & rotundos definentibus, fere beribus contiguis, & solidis, inæquabile & asperum. Cujus figuræ asperum; idea pulchrè obtinebitur, si imaginemur nobis moli v. g. Ar-intus utgillaceæ, ab Artifice Jecoris in magnitudinem ac formam omni- cunque no accommodatæ, globulos marmoreos, quales puerorum sanum. lusibus communiter inferviunt, in maxima diametro bipartitos, hac ipså diametro ad levem profunditatem per omnem smolis regionem extrinsecè, alterum proxime juxta alterum, infixos, & capitulis tantum sus sus superficie extuberantes.

13. Jecinore hoc deinde in portiones fillo, nullæ Vomicæ, aut Scirrbi, in interioribus ejus, sed prominentiæ illæ, modo dilucidatæ, intus levi incili, sive fissura, nullam tamen mateteriam continente, excavatæ.

Cystis fellea bile, quoad colorem & spissitudinem optimâ, referta, sinu Hepatis ipsi excipiendæ parato erat elapsa, quum & hic ipse prominentiis illis angustatus, & ferme esset deletus. Dustus autem Choledochus in Duodenum intestinum pervius.

14. Lien volumine maximus, de cætero fanus. Pancreas totum quantum scirrbosum, lapideæ duritici, lactei coloris. Renes nullo affectu depravati.

15. Partium Genitalium a confucto fitu error. Uterus scili-Partes cet versus dextras remotus, unà & elevatus, à summa ora Genita-Pelvis abdominalis suffultus; Ligamentis ejus, lato & rotundo, les a situ in hoc latere brevssimis, sed in opposito tanto magis exten-tes. sis & laxis. Tubæ Falloppianæ dextræ pars princeps pelvi omnino

F 2

egrefla

44DISSERT.MISCELLAANATOMICO-PRACTICA

egressa cavitati anteriori ossis Iliûm infidebat. Uteri cavitas magna, & repleta pituitâ tenaci vitreâ-, admixto cruore tinctâ. Ovarium exiguum & rugosum.

16. Nullum in Pleura, Pericardio, & Pulmombus notatum vitium.

In corde 17. Sed in Cordis Thalamo finistro circa basin, & supra Valcalculo- vulas Mitrales, nec non in latitudine sinus venosi itidem sinila promi-stri plus quam dimidiá, assurgebat ordo, sive series, calculorum nens semajorum minorumque, colore subsuscorum; & duritici sumries. mæ, juxta invicem dispositorum, & quasi inter sele mutuo

articulatorum, qui, substantiæ fibrosæ partium illarum radices suas infixas habentes, velamentum carundem nervosum internum perforaverant, & intra cavum finus venosi ejusdem porrigebantur nudi, in cuspides acutas & inæquales terminati: ita ut ad ipsum illum calculosum ordinem manus affricta sensum, veluti si ad ordinem acutorum in lupo pisce dentium fricaretur, ferme referret.

Corolla-

18. An itaque Tutlis adeo pertinaciter divexantis, & Refpirationis laboriofifima: (7), causa dici posset fuisse injectum actioni *finus venosi finistri*, sanguinem e Pulmonibus reducem in Cor finistrum propellenti, atque adeo ipsi sanguinis per Pulmones trajectui, impedimentum per lapideam illam rigiditatem?

Quare decubitus, in latus *finifirum* fuit Miferæ facillimus, in dextrum difficillimus, quum interea onus morbolum (13) in dextro habitaret Hypochondrio? Nunquam autem de moleftiis circa illud Hypochondrium, fed de profundius, & fub Scrobiculo cordis, hærentibus fuerat conquesta. Nec ego in Hypochondrio illo dextro Viventis adhuc, & querulæ, tumorem aut pessuliarem duritiem ullam percipere unquam potueram.

n noc intere bretsinersy 283 in v poutal intro mig e vinin tes.

A COMMENTO MILL CLOOP, AMARTA

walk auf dans i Linge souths size, ford en equandina les a fint

and a summin the Contra-

AUSTES

OB;

INAUGURALIS. 45 OBSERVATIO ANATOMICA. QUARTA.

De Ductu Thoracico.

Txilis & tenerrima, fuccum nutritium, ex esculentis potur Metholentisque in intestinis elaboratum, & a vasis lasteis ab- dus Dulorptum, recipiens propemodum omnem, & fanguini affun- chûs dens, filtula, Ductus Thoracicus communiter (licet minus ap- cici inte aut proprie, quum tot per Thoracem Ductus diversi fe- venienruntur, qui pari jure idem nomen sibi vindicant) dictus, di illassi omnium facillime, salva prorsus integritate ejus, detegitur, fi visceribus cunctis, cavo abdominali prudenter, præcipuè circa centrum Mesenterii, evulus, ncc non una cum illis Rene dextro, cum cap/ula atrabilaria sua, ab Emulgentibus vasis prope finum ejus rescisso; hiatus Capitum mediorum Diaphragmatis, arteriam aortam descendentem transmittens, denuderur: & fi deinde super hanc ipfam aortam descendentem mediam, codem hiatu per altitudinem Diaphragmatis ampliato, ejus altera portio versus costas dextras, altera vero versus finistras diducatur. Hoc itaque facto, & caput magnunt dextrumque Diaphragmatis ad ext: emu n tendineum suum usque suspensa manu leviter a vertebris Lumbaribus, annexaque ipli aortà, leparando, candemque aliquantum in finifiras retrahendo, Ductús Thoracici principium, five cisterna Lumbaris, vel aliis Receptaculum Chyli, sele a vicina membrana cellulosa, colore suo candido, aut plerumque margaritaceo, sic satis diftinguens, ilico nemini non in confpectum venit, cui velfemel antea illud ibidem demonstratum fuerit. Deinde, vulnerata ibidem Receptaculi parte ima, aut reperto ibidem vase lacteo secundi generis majori, fi lac aquâ tepida paululum dilutum per illud in reliquum inde procedentem Ductum Tho. racicum adigatur, & jam sic ille perpulchie integer reperies tur; fi modo antea Pulmones ab aspera arteria supra ejus dichotomiam, & Cor a suis vasis non eminus a bas, prudenter abla-

F 3

tal

46DISSERT.MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

sa fuerint; fi & deinde omnia hæc, nonnihi elevando, fuerint a vertebris dor alibus, a vena sine pari, & ab Aorta descendente, nec non ab Oesophage, soluta. Tum enim reptatum ejus quemvis, sub membrana Pleura transparentem, & inter ramos superiores venæ cavæ & aortæ hinc inde visibilem, haudægre prudens culter omnino extricabit ad extremum ejus lusque finem, quô in venam subclaviam inseritur finistram. Quæ methodus fane optima nobis, & tutiflima, atque expeditiffima, vifa eft, quum in cadavere quocunque ope hujus, brevissimo temporis intervallo, Ductús Thoracici conspectus obtineatur, qui e contrario fine hac methodo inveniri, aut faltem illæsus exhiberi, sæpe non posset, quia ductus ille interdum a fitu suo, in cavo dextro pectoris inter venam fine pari & inter aortam descendentem, aut aliquantum sub eadem, ordinarie fixo, & apud Barthol. in Centur. I. Ob/. Hift. 53. 8 54. exacte, sed nitidius multo in Imp. Anat. A. Cantiidelineato, mire admodum abludit, aut & nonnunguam ad vertebras dorsi Pulmo vitiose ipsi membranæ Pleure, quoad tenuitatem multum mutatæ, ftricte admodum accrevisse deprehenditur. Unde cum limitatione nonnulla interpretandus venit modo citatus A. Cantius in Imp. An. pag. 25. docens , in media corporum vertebrarum Thoracis fede, medio in-2) ter venam fine Pari a dextris, & aortam descendentem a no finistris, loco, dari locum illum, ubi certissime in quocun-, que cadavere reperiri possit Ductus Thoracicus. ,

Naturæ autem in his lufuum triplex exemplum evidens commemorare liceat, & figurâ quodque sua oculis exhibere.

FIG. I.

Ductús Thoracici lufuum primus.

Hîc ego, rarius Anatomicis occurrentem, Thoracici Duttús speciosistimam in Ramos divisionem, ejusque in latere finistro decursum, quanta possim cura, delineabo e cadavere senili masculo.

Ad quartæ nimirum in isto vertebræ Lumbaris superioris regionem dextram, Receptaculum Chyli W. hærebat, quod in hoc

hoe cadavere vere Receptaculum erat, nullis quippe sepimentis interseptum, & adeo amplum ut digitum auricularem tenuiorem ferme admitteret: Ex hoc, longitudinem dimidiati -Polheis emento, tres (ut plerumque duo vel tria hujus Du-Aus principia inveniuntur) prodibant angustiores canales, membrana cellulofa mutuo juncti Q Q, quorum tertius duobus succumbens primò visum sugiebat. Ex illis bievi conflatus unus Ductus O adscendebat in primam vertebram Dorfs inferiorem ulque, inde aliquantum finistrorsum in partem. inferiorem vertebræ dorsi secundæ reflexus, infolitam bifurcationem M subibat, cujus alter ramus M. 2., post infignem defcenfum ad angulum acutum relevatus, terminabatur in alterum bifurcationis hujus ramum M. I. N.n. M. 3. 3. postquam hic Trunco codem egressus, varie contortus M. t., & itidem notabiliter descendens N:, sub incumbente Aortà descendente, speciofifime in 6 vel 7 surculos, cosdemque angustiffimos, variis zyris flexos, & maxime inter le invicem implicatos. sciffus n, iterumque ex iifdem confluentibus renatus M. 2., tandem furfum reclinatus, fub ipfo Ductu Thoracico occultus occurrebat (ut modo dixi) fini rami prioris M 2; Ex his igitur cocuntibus ramis reftitutus Ductus Thoracicus L., quum dextram, sed jam superiorem, partem nuper dictæ vertebræ secundæ dorsi repetiisset, inde postliminio per eminentem faciem spinæ dorft primo aflurgens, in finistram cavitatem Thoracis deinde detcendens aberravit arcus specie L. D. K.; in cujus medio valde dilatato D. Aneuri/ma verum fele offerebat, (uti totum illum apparatum materià ceraccà turgentem adhucdum mihi fervo). Porro ex ejuidem arcus cornuin lævå parte spinæ hærente sursum reflexus K, jam sinistram cavitatem Thoracis tenens BBB ante Radices coftarum, proximè juxta truncum Nervi intercostalis finistri, porrectus, ad vertebram quartam Dorsi superiorem appellens, denuo tandem revolvebatur dextrorium jub Oefophagum b., fed mox fub co emergens A. petiit oblique finistram venam subclaviam, cui infererctur. Latus autem Thoracis dextrum nullum tale hujus ductús germen post ejus flexum in finistras L. D. K. ACCC-

48DISSERT.MISCELLAANATOMICO,PRACTICA

accepit; quale, se, in Ductûs ejusdem in Levas errore ita vidisse, benignissime mihi Vir Celeberrimus B. S. Albinus nuperrime indicavit, ut tum duo hi quass Ductus Thoracici tandem in unum confluerent. Quale quid & olim Richard. Lowerus dubio procul in hominis cadavere invenit. Verùm haud sic communiter, ut, quod quotidianæ Dissectiones negant, summus Vir scribere debuerit in elegantissimo trast. de Cord. C. v. "Quoniam autem sanguis, "vitaque ipsa, à continuo recentis Chyli influxu dependet, "necesse est, quare Ductus Chyliferi per totum fere trastam a receptaculo ad venam subclaviam usque, nis prope cordis regionem, duo sunt, & instar scale latera mutuo "communicant, non alium certe in finem, quam ut, si al-"ter obstructus fuerit, Chylus per alterum adscendat.

FIG. 2.

and say in second in consecution in the second

Ductus Hac repræsento, uti in cadavere infantili deprehendi, Thoracici lufoum fecundus. In venæ azygos infertum. Hic videlicet uno tantum ramo ortus W, nequaquam seceptaculi quidpiam referenti, in latere destro, inter venam azstam & Aörtam Descenden-

in latere dextro, inter venam azygam & Aortam Descendentem, Thoracem transiens, tandem finistror/um reflexus duplici extremo A. in ipfam venam jugularem internam multum fupra valvulas cius Semilunares terminabatur. Sed mox poft ejus in cavum Thoracis introitum lobolem cmilit R. quæ Aortam Descendentem suprascandens, & juxta latus cjusdem reflexa Q, varias sub eadem insulas formans PPP, & Mæandrum fubtilem constituens, tandem in gyrum contorta O., sursum in ductum Thoracicum revertebatur. Porro Ductus iple, quum ad superiora Thoracis appulisset, secundo ramum tenuem B. dimilit in sobolem C. venæ azyze hue extraordinarie derivatam, qua, a dextris Thoracis veniens C., sub ductu Thoracico in finistras lata, recipiebat modo commemoratum ejus ramum B, deinde fissa in infulam Rhom-boiboideam D recoälescebat, & longo fatis itinere I sub Aorta & Ductu Thoracico in truncum venæ azygos tandem desinebat K.

Quem haud vulgarem omnium horum tubulorum inseffum materià ceraceà fibi nitidiffimè conditum & ficcatum possidet amicus meus integerrimus N. Lambergen, M. Doctor Leovardiensis. Præteren Ductum hunc similiter in Azygam venam, &, quod magis mireris, in codem cadavere fimul in venam subclaviam utramque, ut & in venam cavam superiorem & inferiorem patuisse, notavit Kulmus, uti videre est in amplissimo de Thoracico Ductu Tractatu in Comment, ab Alb. Haller in Inst. Med. H. Boerb. § 124.

Quum autem lac tepidâ dilutum in modo expositum canalem Thoracicum infernè immitterem, illud, quod peculiare visum suit, non inferiorem R sed superiorem O' aperturam rami O. Q. R. simul intrans, & per ejus plexus omnes P. P. P. divisum, per orificium inferius R in Ductûs Truncum redibat.

Contigit præterca, ut lac, quo Thoracicus Ductus, ramis fuperioribus venæ cavæ ligatis, turgebat, in Ramum C. D. venæ fine pari, atque deinde in eam venam iplam, impulfum, & omnes intercostales ramos ejus præterlabens, tandem per ramum ejus M. T. T. (rariffime hac ratione definentem) in venam Emulgentem finistram X deductum; foras intra abdomen efflueret; verum nisi rami ejus intercostales finistri E. F. obturarentur, & his præfertim effluxit. Uti in cadavere iplo omnia hæc Celeberrimo Viro, summe Anatomes perito, D. H. Gaubio, Præceptore meonunqnam non Honorando, exhibere me potussie maximomihi duco honori.

FIG. 3.

Hic denique prioribus duobus Tertium adjiciendum mihi Ductûs venit exemplum, nuper in prælectionibus publicis ab Anatomicorum Principe, Præceptore meo femper colendo; B. S. fuum Albino, nobifcum in cadavere adulto communicatum. Ductus tertius. feil. Theracicus duobus cruribus M. P. natus, principio G. qui-

FODISSERT MISCELLA ANATOMICO PRACTICA

quidem capiti magno dextroque Diaphragmatis & Aorte trunco Descendenti, nec non deinde venæ azygos & eidem Arteriæ, haud infolita ratione, interjacebat, sed paulo post dextrorsum recurvatus, & transgressus modo dictam venam, denuo revolvebatur sursum F, & a latere dextro ejusdem venæ ad spatium quatuor serme vertebrarum Dorsalium, super intercostales venas dextras c. c. c., serebatur E. Hine tandem in sinistras reversus D, sub ipsa vena azygos cursum sum sub intendit, ut, modo & via solitis, in venam subclaviam sinistram aperiretur.

OBSERVATIO ANATOMICA QUINTA.

Ex Puella trienni emaciatissima.

1. In Cavitatibus, Abdominis, membranæ Pleuræ, Pericarcardii, & Cranii, multa aqua effusa.

Ureteres 2. In Rene finistro duæ Pelves, intercedente Corticali sub-Gemini stantia, plane discretæ, quarum altera, in superiori parte Reab ortu nis recondita, papillas quatuor, altera vero, in demissiori esu superiori fita, tres tantummodo papillas recepit. Utraque que di- autem Pelvis in sum Ureterem abibat, qui sibi quidem prostincti. xime adjacebant, sed dissociati per integrum sum descen-

fum, duobus offiis, amplitudine discrepantibus, atque se invicem quam proxime contingentibus, perforabant oblique Vesicam, usitato id cæterum more, & loco infertionis eorum fueto. Hinc admiratione prorfus dignum, quod aer In Ureteres fla. flatu in Vesicam per dextrum Ureterem immillus, levi negotio in geminatum hunc Ureterem regurgitaret; dum contra tus ex refica in Ureterem fimplicem dextri lateris ille nulla vi (uti mirifiregurgica Ureterum infertionis ratio femper id folet prohibere) ex sat. Vesica reprimi posset. Quo accidit, ut Ureterem hunc posteriorem, aere (ut omnia hæc præparata ficcarem) impulso & ipfam vincta Uretbra veficam, & hinc geminos pariter al-

serius lateris Ureteres, câdem operà dilatare potuerim.

OB-

INAUGURALIS. JU

OBSERVATIO ANATOMICA SEXTA.

In muliere sexagenaria viscerum abdominalium situs Naturalis absurde depravatus, ex corrupta figura trunci corporis.

1. Ventriculus magnà fui parte deorfum, & fimul dextrorfum notabiliter detrufus, ita, ut infra umbilicum hærens, fundo fuo ipfam mediam oram pelvis offeæ contingeret, & magnam fui partem intra cavum dextrum abdominis locaret. Hinc ejus forma etiam multum alterata & triangularis quali fuit.

2. Hepar respectu corporis totius prægrande, ex Hypochondrio dextro deturbatum, cavitatis offis Iliûm partem propemodum tertiam occupaverat.

3. In Lienis, fere sub lineam albam abdominis detrusi, superficie exteriori erat a costâ, intrà abdomen admodum protuberante, exsculpta profunde sovea.

4. Intestinorum Gracilium portio potior in cavum dextrum abdominis adacta.

5. Principium Intestinorum Crafforum, five Intestinum Magnum Cacum una cum processu Vermiculari, in superiori & anteriori regione cavitatis Pelvis extraordinarie insidens Utero; & Alæ Vespertilionis istius lateris.

6. Intestinum Colon, post flexum sum Sigmoideum primum, horizontaliter quidem per ventrem decurrebat usque in sinistras, sed inde postliminio multum in dextras revertebatur, & tertio in sinistras iterum revolutum demum pelvim versus ducebatur.

OBSERVATIO ANATOMICA SEPTIMA.

In Cadavere virili 46 annorum.

Situs Coli inteftini hac ratione ab ordinario abludebat. Colon transversim per abdomen sub fundo Ventriculi deductum, & Splenem jam contingens, inde per Hypochondrium G 2 finie-

52 DISSERT.MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

finistrum adscendebat juxta latus Ventriculi finistrum ad Diaphragma usque, & eidem membranaceis nexibus affigebatur prope foramen, per quod Diaphragma Oesophagum transmittit. Hunc iterum finistrorsum inflexum per latus abdominis rectà descendebat in cavum offis Iliûm usque, tum rursus dextrorsum recurvatum super intestinis tenuibus partem fundi Ventriculi finistram petens, ibidemque in gyrum contortum, in faccum magnum erat dilatatum aëre & facibus siccissis, & postremo retrorsus reclinatum, profundèque sub gracilibus intestinis se submergens, juxta latus corporum vertebrarum lumborum finistrum in pelvim perveniebat.

Ex quibus collectu facile, quanta vis ipfius inteflini, ut & vicinorum musculorum, necessaria fuerit, ut excrementorum jam ficciorum pondus, per omnes has ambages intestini hujus, & toties contra leges gravitatis, in vita surfum propelleretur. Quamque turpe Medicis ejusmodi in casu imponere possint morbi, in codem intestino Colo vere residentes, & ambientium interea viscerum labem mentientes.

OBSERVATIO ANATOMICA OCTAVA.

In Cadavere senis.

In arteriâ utriusque lateris Carotide, five Soporali, interná, infueta quoque intorsio nobis oblata; utraque enim illa, non longe a suo ex trunco communi arteriæ Geminæ Soporalis adscensu, ad angulum acutum restexa, per pollicare spatium descendebat, & inde denuo sursum ad angulum acutifsimum revolvebatur, tum demum resto tramite soramen septimum Cranii in osse Petroso exsculptum ingressura. Singulorum autem angulorum illorum latera mutuo sociabantur ope tenuis Cellulosæ texturæ, uti hæc accutate stis ossendit Figura IV. Arteriarum Carotidum alteram materiâ, quam usitate vocant, Ceraceâ adimpletam, & naturali in situ siesatam. E X-

INAUGURALIS. EXPLICATIO FIGURARUM.

FIG.

- ▲ Ductus Thoracicus fub Oefophago prodiens.
- b Ejusdem revolutio fub eum.
- B Decurfus juxta Radices coftarum.
- C C Portio Oefophagi.
- D Ductûs Thoracici decurfus per Eminentia corpora vertebrarum; ejusdemque Aneurifma Verum.
- d Lateralis ramus ex vafis Lymphaticis coëuntibus natus.
- E Vena Azygos a Vena Cava Superiori refcifla.
- FFFFF rami intercoftales dextri.

fff ---- i finiftri.

- G Vena Azygos terminata in intercoftalem ramum.
- H H Ramus ejusdem tandem Ductum Thoracicum fubiens.

I Ramus intercostalis ejusdem.

- K Ductus Thoracicus in finistra Cavitate Thoracis harrens.
- L Idem in dextro Cavo ejus.
- M Eiusdem divifio in duas fo-
 - Du Ade Thoras
- A Duo Extrema Duclús Thoracici.
- B Ductús Thoracici ramus.
- C Venæ Azygos ramus.
- D Idem in duos fiffus.
- EF Duz venz intercostales finistrz.
- G Vena Azygos a Vena Cava fuperiori refecta; & multum ab Aorta disjuncta in peripi-

boles.

1.

- 1. Alterius convolutio.
- 2. Alterius descensus.
- 3. Surculus ex gyris ablcedens fub ductu Thoracico iplo.

53

- N Prioris lobolis reptatus.
- n Ejusdem diffusio in ramusculos.
- O Duclûs Thoracici principiorum coalirus.
- P Aortæ descendentis Cæliacus ramus.
- QQ Duo principia Ductús Thoracici.
- RS Arteriæ Mesentericæ superiores, in hoc Cadaveregeminæ.
- T Utraque Arteria Emulgens.
- V ----- Spermatica.
- W Receptaculum chyli.
- XXX Caput magnum dextrumque Diaphragmatis verfus dextras inclinatum.
- Y Arteria Melenterica inferior.
- Z Aortæ divisio in Iliaca vasa.

F I G. 2.

- cuitatem majorem.
- H Aorta defcendens infra Angulum ejus amputata.
- I Venæ Azygos ramus.
- K Huius ortus.
- LLLL Venæ intercostales dextræ.

11 ---- finiftræ.

- M Ramus Venæ Azygos fub Ductu Thoracico, & Aorta
 - .

F4 DISSERT.MISCELLA ANATOMICO-PRACTICA

incedens.

- NS Aorta hians ablata portione intermedià.
 - Ramus Ductús Thoracici convolutus.
- PP P Ejusdem variæ infulæ.
- P Ramus dexter Venæ Azygos.
- Q Ramus Ductús Thoracici fu
 - pra Aortam icandens,

A Ductus Thoracicus.

ccc ____ finiftræ.

B Vena Azygos.

Azygos.

dem Venam.

R Ejusdem ortus.

S vid. N.

TT Ramus finister Venæ Azygos .:

G C C C Venæ intercostales.

dextræ.

D Ductus Thoracicus lub vena

E --- decurrens a latere dextro Venæ Azygos.

G Vena azygos bifariam fciffa:

HO Ejus ramus in finistras tendens sub Aorta.

- U Arteria Cæliaca.
- V Melenterica Superior Arteria. W Ductus Thoracici princi-
- pium.
- X Vena Emulgens finistra.
- Y Emulgens arteria dextra.
- y ----- finistra.
 - ZZZ Caput dextrum magnumque Diaphragmatis in dextras retractum.
 - a Arteriæ spermaticæ.
- b Ren Sinister.

FIG. 2.


- I Aortæ truncus descendens:
 - K Cæliaca arteria.
 - L Ductus Thoracicus.
 - M P Ejusdem geminum principium.
 - N Arteria Melenterica Superior:
 - O vid. H.
 - P vid. M.
 - Q Emulgens arteria dextra.
- F ---- transgreditur ean-R finiftra.
 - S S T Caput Magnum & dex-trum diaphragmatis dextrorfum reflexum.


FIG. 4.

- A. B. Truncus Carotidum communis convexus, quâ per vertebras colli in cadavere ferebatur.
- B. Sciffura ejus. C. Carotis externa.
- D. interna.
- E. Eadem reflexa. & descendens;

N

- 33
- ubi fimul in confpectium venit Membrana Cellulofa, latera anguli, quem arteria bac facit, connectens.
- F. Ejusdem adfeenfus, iterum prioris E parieti accrescens Mediante Cellulofà Membrana.





CLARISSIMO, ERUDITISSIMOQUE JUVENI CORNELIO HENRICO VELSE

In Celebri Academ'â Lugduni Batavorum Medicinæ Candidato, falutem plurimam dicit

JOHANNES BARRET, Hibernus.

Carmina mea (Doctiffime Juvenis) utinam nunc non prorfus ingrata enaccipias. Ignofcas quæfo, quòd gratam amicitiæ memoriam omnibus propalare studerem præfertim cum de te studiisque tuis omnia bona sperare fas sit. Si quid in Anatotomicis, in quibus semper cum cura versaris, tibi feliciter innotuerit, ut mibi literis mandare digneris iterum iterumque rogo: interea quæcunque tum Lutetiæ, tum Londini, in re Medica notatu dignissima observare mibi licuit quam primum patrios attigero fines tibi ingenuè communicabo. Vale, sodalium diletissime, & scientiam Hippocraticam ulterius illustrare perge, memoriamque mei, jure tibi devinctissimi, sindeliter serva.

NUMBER OF STREET, STRE

Dabam Londini.

Pæonium celebrare decus, famamque perennem, Carmine dum meditor, Phœboque patentia regna (Munera chara Deum) juvenis nunc maxime, lætor Eximium vidiffe diem quo fata dederunt, Humano generi tantam fperare falutem. O mihi Pindarici faveant fi carmine manes Vel quæ fublatos cecinit vicina Cremonæ Mufa gemens agros, repetens tibi lætus honores, Virtutefque tuas longum memorando per ævum, Aggrederer numeris altæ tentamina famæ.

(a)

Divi-

Divinas qui tradit opes, cui maxima cura, Tollere morborum causas, relevare jacentes, Proximus ille Diis (penitus lætantibus ægris) Discutiet morbos, instantia fata repellet; Has tibi jam refero laudes, jam tempora lauro-Frondescunt meritâ, Batavis nec deërit alter Boerhavius, clare fequeris quem paffibus æquis Tractatulque senis verbis animoque revolvis. En opus egregià peragis quod pingitur arte Quæsitum studiis tanto molimine rerum; Alternis vicibus vitalia flumina currunt, Te duce, te rapidi justo moderamine rivi. Exhalans animam Pulmonibus ante laborans-Sanatus miserum didicit meminifie dolorem, Languentes fibras aurito pollice tangis, Laxatas tendis, tensas medicamine laxas. Corporis Humani folers penetralia lustras, Injiciendo facis truncos fruticare lacertis: Olim Newtonus radio sic attigit astra, Eminus afpiciens, nigra caligine mersas Eduxit stellas, stellarum lucidus ordo Emicat, optatum Nautis diffundere lumen; Haud aliter Patriæ memorem te sæpe juvabit, Morborum fævas referare levamine caufas, Invalidas vitæ vires, rivofque fluentes, Undique quos retinent penitus cingentia claustra. En Haga te quærit, Rhenus tibi limpidus amnis Flumine cæruleo lætos largitur honores. Felices Batavi! Felicia tempora! quæ te Constituunt Medicum miseris adhibere medelam.

murale lane anas dereran menter or an ser ar um,

spires anishing which an an an an AGNA

AGNATUS DILECTISSIMO AGNATO CORNELIO HENRICO VELSE,

DOCTORALEM MEDICINÆ LAUREAM GRATULOR

CORNELIUS JOANNES VELSE!

Th. Stud.

O Big Berzos. n 3 rezon manen. Hippoer. Aphor. r. Festina lonte. Suet. in Aug.

... Monthalt bat muteus tam beac chine, amor.

Nos-hole apor protents , masidicus

Multa mihi quamvis suadere silentia possint, Nec temere facras follicitare fides. Post tria lustra cui vix quintus labitur annus, Nec cui, ut Nafoni, carmina sponte fluunt. Qui bene cognovit, quam fit fibi curta fupellex, Caussa fibi justi materiesque metus. Cui quoque, dum nupero oppressum fe vulnere sentit, Ante fuit si quis, nunc vigor omnis abest. Cui nec sufficiant optatæ plena quietis Otia, Castaliis otia grata novem. Seria quem teneant multo graviora, canendo Quæ nullum faciunt semper avara locum. Cui bene funt noti, audacis quos gloria cœpti Traxerit in pœnas ambitiofa graves. Pœnituit miferos quos fero : tumentibus aulis Præcipites cafu dum cecidere gravi. Omnia quæ poffint merito percellere mentem, Vultum ne prodat nostra Thalia suum.

pectate tho

(a) 2

Er-

Ergone nunc fileam ? non te testudo fonabit?

Atque edent nullum plectra canora fonum ? Argutâ dum alii Musam meditantur avenâ,

Spectator solus defidiofus ero?

Læter honoratum cum pulcre cernere amicum, Quem mihi fincerus tam bene jungit amor.

Est mihi nempe moras jubeat quod rumpere segnes :

Melpomenes moniti nunc meminisse juvat. Somnia quod nuper meditanti Diva ferebat,

Defunctum cecinit cum mea Musa senem. Scilicet & studiis dantur nunc otia nostris,

Laxaturque arcus, qui modo tenfus erat. Nec tantum hoc : fuadent quod quædam fcribere : verum

Tempore tam festo turpe filere putem. Hoc Lauri vetuere: vetat hoc Cyrrhæus Apollo: Discipulo gaudens hoc Medicina vetat.

Nec patitur qui nos conjungit fœdere fanguis Arcto, nec pietas officiumque finit.

Nec finit hoc probitas, placidique in pectore mores,

Non finit hoc mutuus tam bene caftus amor. Fas ergo fuerit testari gaudia cantu

Fausto, & lætitiam, dulcis Amice, meam! Et mibi languenti furgant in carmina vires!

Ingeniumque tibi ferviat omne meum! Offerat & tenues Elegos pudibunda Thalia!

Quales exigui pectoris esse queant.

Ergo manu tendenda chelys; nunc spiritus afflet Ætherius, castas efficiatque fides!

Nec me laudantem spectata modestia ferret, me laudantem sectata modestia ferret, Nec tales artes mens generosa capit.

Hoc faciant Populi, inftantis quos verba Tyranni Submiffos faciunt, collaque docta jugum.

Non Batavi, decusso felici omine quondam

Indociles dudum subdere collo jugo.

Non ego, qui, Batavo Batavus de fanguine natus, Turpiter haud didici byflina verba loqui.

Hæc alios teneat vilifima cura : decentes Suggere tu vati Mufa benigna modos!

Debe-

Deberent etenim fine te mea plectra tacere, quint at of an auf Cogerer officio ficque deesse meo. Limma succist Immemorem tum prifca domus clamaverit eheu, Oblitumque boni Jura fodalitii! Quo licuit gaudere diu, vellemque liceret Hase fimple intractions Tam dulci focio tempus in omne frui! ALCOLULUS CALL Hæc est illa domus, priscâ miranda figura, Olim Virginibus rite dicata piis. Unâ cum reliquis Templo proprioribus, in quo Consuerat multas fundere turba preces. Sed, postquam rerum facies mutata sacrarum, Ulibus hoc aliis rite vacare folet. ka sepong talabi Scilicet hic fupra innumeris celeberrima chartis Impressigue libris Bibliotheca patet. Infra etiam exercet doctas Anatomia dextras, Atque Ars ingenium nata polire bene. Hic quoque Relligio sedem tenet: Anglica nempe Concio sollennes suevit habere preces. Vicina in cujus fertur Boerhavius ingens Principium studii deposuisse sui . In quâ tres annos licuit spectasse labores Herculeos, juveni qui mihi calcar erant. Hic non cura fuit titubantes ponere greffus, Nec vires haufto follicitare mero. COMPLEMENT (Nec fabulis rapidas nunc fallere inanibus horas, Quam crebro hic miferos habui, dixique Medentes! Quos cunctis major follicitudo premat. Dum vidi summas quærendi corpora curas, Non fine follicito repperiunda metu. Intempeftivâ vidi dum corpora nocte Inferri nostris ædibus, empta stipe. Quæ nimium ah tenuis lucri dulcedine capti, Affines miseri vendere sæpe solent. Quæ nunc arcta viæ per compita multa trahebant, Portabant humeris nunc leviora fuis. Qui proprios timuere sonos, formidine pressi, Vicinos faceret ne vigilare tremor. 2051

Quæ ne forte nimis premeret formido gerentes, Limina tutabar janitor ipfe domus.

Et fimul arrectas tetigit fonus altior aures, Introitum lætis porta reclusa dabat.

Hæc fimul intrârant, sensere recentia promtum Protinus officium, Culter acute, tuum.

Hæc indefessus noctesque diesque secabas,

Expertus studium vincere cuncta vigil, Summum fæpe ad mane, redux Matuta pararet

Ore rubente bonum quum referare diem. Alterius caput hic, dum nuda hic offa jacebant,

Multa quoque ex longo squallida facta situ. Plurima membra igni dum fervens olla tenebat,

Exibant tandem quæ bene cocta foras. Committebantur gelidis dum plurima lymphis, Omnigenis fuccis evacuanda bene.

Putrida que postquam his longe submersa fuissent, Extollebantur purificata probe. Concio Johen

Hinc odor haud talis, gualem Panchæa dediffe Thura ferunt, facris Thura cremata focis,

Nec talis, quam qui angustas impleverit ædes, 0011/28 20/43 811103

Unxit qu'is Chriftum casta Maria suum. 203103701 Bethaniæ ad mensam, Pascha adventante, sedentem Nec VAPER

Cum Lazaro, fuerat reddita vita cui. Putribus at qualis femper rebusque, locisque

Fædus, & ingratus suevit adefle comes, Sed funestus odor, tetrumque per aëra virus

Implebant totam, vix toleranda, domum. Cui tu assuetus eras adeo, sentire mephitin Sectored in the

Ne poffet fævam jam ftupefactus odor. B HATH EVITE Naribus hic quamvis intrantes undique claufis erriton musial

Efficeret subitos sæpe referre gradus. ust han har an tenat Et quamvis contra vires munire veneni

Plurima tentarint Pharmaca mixta tibi, Non impune tamen durafti, Chare, labores,

Portablent has Corripuit fed te febris anhela quoque, Quæ postquam graciles paulum depaverat artus, Herbæ multiplicis pulfa potentis ope eft.

Non

ob stip The

PILLO

CITO THE DULL

trong mil

CHEVERS E.

SUMPS OF ABLO

DIN ONCOND NIC

NE 310111 10011

and article write

ES CLIEFT CX-

Non tamen hæc, nifi post studiis, Henrice, laborem Severe adhibitum Praxeos, & reliquis. Longam artem, vitamque brevem Tu nempe fciebas. Festinans, lento sed tamen usque pede. Dumque alii minuunt fugientis tempora vitæ Fortiter immenfos evacuando fcyphos. Dumque aliis lubet fecuro pectore fomnos Ducere, & in multum continuare diem. Tu, quæ vel propriæ dederat follertia dextræ, Eöz aut dederant Hefperiæve plagæ, Eustrabas oculo vigil, atque attentus, acuto, Miraque luftrabas qualiacumque fagax. Quorum multa tuas ornant abscondita gazas, Quæ licuit cupida fæpe tenere manu. Teque, ad monstrandum facilem, rogitare quid effet. Ferre & responsum, dulcis Amice, tuum. Quantus compeliare ægros, & vifere quantus Ardor erat? Medicis & comes ire bonis. Omine felici multos relevare jacentes Plus femel ex voto contigit, atque prece. A quîs quod longos potuifti pellere morbos, Auxiliatricis hoc fuit artis opus. Omnia quæ fuadent bene te sperare: canentem Quæque jubent votis omina læta fequi. Nec te fumta humeris provincia plena laboris, Terreat : auctorem mens habet ista Deum. Adde, quod & ftudiis pulcre innutritus honeftis, Non infueta novus miles ad arma venis. Perge bonis avibus crefcentia vota bonorum Implere, & certam spem dare perge tui! Otia tu cupies, fed honefta, & amica labori, Præmia cultori quæ fua sponte dabunt. Auguror? an noftram ludunt mala fomnia mentem? Sentiet officium Haga polita tuum. Auguror? an video miferos concurrere, quorum Turba ingens Medici cingat utrumque latus. Ominor! a lætis pendebit maxima dictis Turba, tuam quondam maxima poscet opem. Forfat Forfan & audebis (nisi fallunt omnia mentem) Condere quod multis jure placere queat. Aut aliquid proprii meditaberis ipfe laboris, Cujus hæc specimen pagina pauca dedit. Nunc tantum liceat paucifima fundere vota, Que testes animi fint tibi, Care, mei. Det Deus, ut vitæ bene felix tempora degas! Et subeat velis aura secunda tuis! Laufque Machaönii fis Tu certiffima cœtus! Et veniat capiti gloria rara tuo! Et geminos faciat longum superesse Parentes! Et fervet Fratres, pignora cara, tuos! Et faciat, te digna, genas suffusa rubore, a sus enteres In thalamum veniat casta Puella tuum! Quæ tecum, juncto fociali fædere, conjux Expleat extentos, & fine fine, dies ! Perpetuentque domum, cariffima pignora, Nati! Quos Numen faciat tempus in omne fuos! (Tunc ego, nunc tenui carmen modulatus avena, Elicerem Clarias in nova vota Deas.) Detque tibi facro longævæ jure Senectæ, Virtutis quæ fit pulcra corona, frui! Denique tot toto voveo tibi pectore læta, Quot funt cæruleo fidera celfa Polo! Et quum tempus erit certis concedere fatis, Tranflatum alloquio te beet ufque fuo! Leydenfes ergo cum stet liquisse Penates, Et tandem patrios nunc remeare lares, Tu, quæ præcipiti jam jam pia carmina pennâ Scripfimus, ingenii munera parva mei, Suscipe, meque tuum memori dum mente recondas, Hæc fint absentis pignus, & arrha mei, Sæpius at liceat fidam contingere dextram, Et læto detur dicere, lætus Ave! AUCTOR OF AD STORATOR Tarba ingent Medici cingat utrimique latur.

PINLAS Evener insolws, avayuns j' ragios.

Der Muth, die Munterkeit, der unermüdte Fleis Die dich mein Werther Freund und deinen Geift bewegen, Ein jedes giebet Dir den wohlverdienten Preis, Und trägt Dir heut den Schmuk der Würdigen entgegen. So recht! was du erlernt dein trefliches Gefchicke Verdient gewifz vor fich der weifen Mufen Gunft, Und diefe zeigen dir allerreinften Blicke, Wiel Ihnen deine Schrift bekräftigt deine Kunft.

RALEDICINEN DO ET EN

DIG N.M.I.

Nun folg der Vater - Stadt die dir fo liebreich winckt Dem Wunfch der Leidenden mit Klugheit vorzuftehen, Wo bald ein fchwaches Hertz dir in die Arme finckt, Weil feine kräfte Ihm der Lauf des bluts entgehen, Und bald die heftigften und ungezähmten triebe Des Leibes fchwachen bau die ftärcksten Henker feyn. Glück zu! Dir folge stets Minervens treue Liebe, Und drücke Deine Treu auch andrer Hertzen ein.

F. PARVE.

Mit diefen weinigen bezeuget feine Hochachtung, und wünfchet von Hertzen alles Glück und Wohlergehen

B. LIEBERKÜHN,

Ons too

Med. C.

KLINK-DICHT

TER

FERKIEZINGE

VAN DENHEERE CORNELIS HENRIK VELSE, TOT

DER MEDICYNEN DOKTER.

Een andre Waereld legt ô VELSE voor u open, Als gy Natuurs geheim in 't lichaam gade flaat, En door Ontleedkunft, die op kopren' voeten flaat, Ons toont wat heils 'er van uw' arbeid is te hopen.

Kon 's menfchen nut zoo zeer uw' geeft en yver nopen, Om te onderzoeken wat ervaren' Heelkunft baat, Wat kruidery men vind tot 's kranken toeverlaat, Wat 't wagglend leven flut, door ziekte en pyn bekropen!

acten ban d

Uw kunft-trezoor is ons een blyk van uwe vlyt; Uwe ondervinding ftrekt aan veele tot verwyt, Wien't leezen van deez' blaên het aanzicht moet doen bloozen.

Van uwe weetenschap getuige dit geschrift. Volhard dan in dit werk met uw' begonnen' drift. Op zukke doornen vind men de aangenaamste roozen.

> J. F. PARVÉ. J. U. Cand.

OPHET

INHULDIGEN

VAN DEN HEERE

KORNELIS HENRIK VELSE

TOT DOKTER DER GENEESKUNST.

W le voert my thans daer frissche lauren groeien; Parnasfus bronkristal Al klatrend vormt, in 't schichtigh nedervloeien, Een' schuinsen waterval? Wie helpt my braefft den fchrandren VELSE kroonen Met loof, dat nooit verdort, Nu, op 't gejuich van Febus wakkre zoonen, Hy ingehuldigt wort? Hem zagh de Ryn in 't perk der lettren rennen: Hem, yvrigh en vol vier, De steilste vlucht der Hippokraetsche pennen Naeroogen op papier. Geen Attisch zout, geen kracht ontbreekt van reden Zyn tong zelfs, die, zoo wis, Den aert, hoe vreemt, der quaelen weet t' ontleden ; Ook door ervaerenis. Met

Met welk een drift, bestiert van zyn Vezalen, Doorzocht, op hun bevel, Dit kloek Vernuft, van gissen schuw en dwalen, Het menschelyk gestel! 'k Herdenk met luft, hoe my 't gezicht kon streelen Van 't geen, door hem bereit, Den mensch ontdekt in al de wondre deelen, Ons lichaem toegeleit. Voorts nam zyn geeft, om ruimer nogh te weiden, Den kruithof ook te baet; Of onderzocht, wat hantgreep zich op 't scheiden Der stoffen best verstaet. Zoo flaeft de vlyt, die d'oorzaek veeler dingen Op 't naeuft t' ontdekken tracht, Waer ooit de loop der letteroeffeningen Met luister wort volbragt. Nu geeft de School bewys door bul en zegel, Hoe zich haer liefling queet; En noopt de jeugt, om naer dien zelfden regel Te wandlen, ver van leet. Begaefde Heer, wy groeten u, en wenschen U, in uw eedle kunft, Die't krankbedt troost, en 't leven stut der menschen, Des Hemels milde gunit.

MDCCXLII.

J. SPEX.

Geen Attrich 2

a aert, hoe vreemt, der queekn wet